31 11 95
PX. II. 30

TRACTATVS ETHICI:

SIVE COMMENTARII IN ALIQVOT ARISTOTELIS LIBROS ad NICHOMACHUM, *De Moribus*:

BIBL. CANT. ACAD.

A Celeberrimo Philosopho

EDVARDO BRERewood

Art. Mag. è Colleg. Æneanasensi, olim conscripti:

Iam primùm ex authoris ipsius Autographo, summâ fide, nec minori curâ castigati, & publici juris facti:

Per T. S. S. S. Theolog. Bacchalaureum, & Colleg. Ænea-nasens. apud *Oxon* Socium.

OXONIÆ,
Excudebat GUILIELMUS TURNER,
Impensis EDVARDI FORREST. 1640.

CAMBRIDGE UNIVERSITY LIBRARY

122 : 98

ETHICI:

ILLVSTRISSIMO ATQUE NOBILISSIMO HEROI, IACOBO Domino STRANGE,

Baroni de *Knocking*: Vtriusque Comitatûs *Palatini, Lancastrensis & Cestrensis* Domino Præsidi: Antiquissimæ Civitatis *Cestriæ* Prætori urbano: *Domino* Insulæ *Monæ*: Honoratissimi Ordinis de *Balneo* Equiti: atque Nobilissimi Heroïs, GUILIELMI Comitis *Darbiensis* Filio & Hæredi amplissimo.

IGnosce (Illustrissime Heros) modestæ meæ & verecundæ temeritati, qui, ut publicè testarer, quibus votis, quanto obsequio *honorem tuum* prosequor, quàm humili & religiosâ observantiâ antiquis-

simam illam familiam (longâ Magnatum serie celeberrimam) veneror; *libellum hunc Philosophicum* Honoratissimo nomini tuo inscribere ausus fui. Agnosco verissimum esse Hebræorum proverbium, quod ex Rabbi *Aquibâ* toties repetunt,* סיג לחכמה שתיקה *Sæpes sapientiæ silentium.* Atque indignum penitus fateor tanto patrono munusculum. Verùm facilè spero indulgebis mihi *officii* crimina, & *amoris*: mallem equidem me *ignarum* profiteri, quàm *ingratum*; potiúsque *judicii* mei, *famæque* dispendium periclitarer, quàm *pietatis*. Patere igitur (Magnificentissime Domine) ut *posthumi isti Tractatus Philosophici*, patre dudum orbati, atque à me liberiore jam cœlo donati, clientelæ tuæ semetipsos humillimè dedant: ita illis & *ornamento* simul eris, & *tutamini*; simúlque & *decus* adhibebis, & *patrocinium*.

* Habet inter proverbia Hebraica Johannes Drusius, quę triplici charactere ab ipso edita sunt: Latino, Græco, & Hebraico. *Franekeræ* 1609.

Fluctuavi equidem aliquandiù, atque pendulus hæsi, donec animum stimulósque dederat benignissimus iste candor tuus, quo *literatos* undique complecteris: enimvero & *eruditorum* munificentissimus patronus es, & *militum*:

litum: neſcio an *Martis* alumnis charior, an *Minervæ*. Connatas iſtas virtutes, quas ex clariſsimis majoribus tuis hauſeras, auges quotidiè, ampliáſque: nataliúmque ſplendori non *reſpondes* tantùm, ſed eum *ſuperas*: columen patriæ; & Reipublicæ bono natus, & Eccleſiæ: Religionis propugnator acerrimus: Sacratiſsimæ Majeſtati Regiæ fideliſsimus *ſervus*, ſervíſque tuis *Dominus* benigniſsimus: quumque *genere* ſis nobiliſsimus, *nobilior* tamen *virtutibus*, & *pietate*: vel in hoc maximè laudandus es, quòd laudari nolles: cæterùm *ea eſt inops opulentia mea, vel opulenta inopia*, (ut *Fulgentius* in Epiſtola ad *Eugypium*) *ut eo minùs mihi ſermo ſufficiat, quo me magis affectus inſtigat.* Fruſtra verò iſta: quippe notiſsima ſunt quæ ſcribo: in omnium ore poſita, omnium aſſenſu teſtata. Præterea, vera virtus radiis propriis ſatis eluceſcit, omnemque Oratoris conatum, ipſaſque Suadæ delicias & impoſturas, & *vincit*, ſimul & *faſtidit*. Atqui *Epiſtola* eſt, quam præ manibus habeo, non *panegyricus*. Da igitur veniam (Nobiliſsime Domine) ut libri hujus factique

ctique mei rationem aliquam tibi breviſsimè reddam.

Scripſit olim *Tractatus* hoſce *Morales* in *Ariſtotelem Philoſophus* omni literaturâ excultiſſimus *Edvardus Brerewooddus*, intimus naturæ aruſpex, atque Scientiarum repumicator politiſsimus: quem & ſubtilem habemus acutúmque ſine *nugis*, & profundum ſine *tenebris*: Ita enim omnia digerit, & diſponit, ut Lectori non minùs *oblectamento* ſint, quàm *utilitati*: Sic, ut dapibus hiſce *Philoſophicis*, & *delectetur* ſimul & *proficiat*. Atque ad æternitatem laudis ſufficit tanti genitoris progeniem extitiſſe;

quicquid tam docta condidit manus, cœlum eſt.

Verùm delituêre diu Commentarii iſti, neſcio quo rurali *muſæo*, pulvere ſituque ſqualidi, & tantùm non ſepulti; donec eos, tandem fœliciori fato ad *celeberrimam matrem Academiam* reduces ſalutavi. *Apud Iudæos magna religio eſt* (inquit *Paulus Fagius*, in Epiſtola ad *Blaurerum*) *non ſubticere nomen ejus qui boni aliquid dixit, aut docuit, aut ſcripſit*: Cur minor

nor apud nos? *quin haſce noctes infeſtiſſimo Cauro gelidiſſimas hujuſce rei cauſâ vigilo*, (inquit *Iulius Scaliger*) *ut ingeniorum fœlicitates communicentur*. Ipſe igitur ego, qui leviori-bus iſtis ſtudiis, *Muſiſque Philoſophicis*, aut *ſubductus* tandem, aut *ereptus*, dudum valedixeram, (ne vel *bono publico* deeſſem, vel *Iuventuti Academicæ*) redii iterum ad *Iuvenilia*: ut poſtquam ſupellectilem meam *Philoſophicam* penitus neglexeram, inſtituerem alienam.

In aliis ejuſdem authoris Tractatibus, *Logicis*, & *Philoſophicis*, quos limâ lucéque (non infœliciter ſpero) donavi, *liberiùs* Criticum egi; neque minoris forſitan tædii opus fuit libros iſtos *correxiſſe*, quàm *compoſuiſſe*: laceras illas & vulneratas chartulas (tineis blattiſque tantùm non committendas) *ſanâſſe*, quàm *ſcripſiſſe*: hìc verò (authoris nactus *autographon*) *parciùs* & *timidiuſculè*. Præterii igitur nonnulla in *hoc* exemplari, quæ in *altero* correxiſſem: quod igitur moneo, ne ſi omnia forſan delicatuli Lectoris palato non arriſerint, (quod habent Græci in proverbio

bio) ὑφάντου πταίσαντος, ἠπήτης τυφθῇ. *textore lapso sutor vapulet.* ut liberè tamen dicam, habuit *hoc exemplar* mendas suas papulasque, non defuere ἐξανθήματα quædam, nec (ut *Galeni* utar vocabulo) ἐκβράσματα: hisce (quantum potui) istam utriusque Iuris & *Civilis* & *Canonici* regulam mordicùs sequutus, [*In obscuris inspici solere quod verisimilius*] medelam adhibui, restitui salutem primò, deinde obstetricatus sum, atque nobilissimo tuo patrocinio summâ cum observantiâ & humilitate submisi.

Atque utinam tam fœliciter nobiscum actum esset, (Magnificentissime Domine) ut singulæ *Philosophiæ* partes ita à *nostris* excultæ, ornatæque essent; quòd haberent *juvenes* unde solidiorem *Scientiarum* succum securiùs tutiùsque exhaurirent. Audacter dicam neminem è subtilissimâ illâ scholâ *Loyoliticâ* (ut passim jactitant) *plurimis inter nos*, vel *accuratiùs* philosophatum esse, vel *solidiùs*: ingemui igitur doluique sæpiùs, quòd cùm tot è *nostris* universam Philosophiæ *encyclopædiam* devorâsse penitus videantur, imo concoxisse, *paucissimi*

ciſſimi tamen aliquid ſcribunt. Periculoſè medius fidiùs, cruda tyronum ingenia acerata Scholaſticorum volumina, aut putidiſsimas Ieſuitarum lacunas ſalutant: ubi non tantùm (ut *Ixion)* nubem pro *Iunone*, ſed pro tritico *lolium*, *zizaniaſque*, pro vino *venenum*, pro Scientia *morbos* & *ulcera*, fideique naufragium (inſcii) amplectuntur. Scilicet *duri iſti patres*, Lectoribus ſuis, pro pane *lapidem* porrigunt, pro piſce *ſerpentem*, & pro ovo *ſcorpionem*: *atque difficulter eraditur quod rudes animi perbiberunt*, *lanarum conchylia* (ut *Hieronymus* ad *Paulam* de inſtitutione *Lætæ*) *quis in priſtinum candorem revocet?*

Accedit laſciva neſcio quæ curioſitatis *impetigo*, qua in *tranſmarinos* ſcriptores præcipites ruimus, quum doctiores forſan *domi*, neſcio quo *faſtu* & *faſtidio* præterimus. *Circumferuntur ubique peregrinorum librorum ſacci pleni*, (ut alicubi queritur *Iulius Scaliger*) quos tantùm non *perditè* deperimus. Adeò verum eſt illud *Lockmanni* adagium Arabicum, * *Eruditus in patria ſua tanquam aurum in fodina ſua*; nullius ferè pretii, aut valoris.

* Edidit mythologias, atq; *adagia* Arabica ex *Lockmanno*, *Tho. Erpenius* characteribus Arabicis & Latinis.

Liceat igitur mihi tandem, *modeſtam*, *orthodoxam*, & *innocuam* Philoſophiam, neque barbaris *Scholaſticorum* tricis, aut titivilitiis, neque impoſturis *Ieſuiticis*, neque veneno aut peſtilentiâ *Sociniană* contaminatam, ſub Honorificentiſsimi nominis tui clypeo, in lucem emittere. Neque ſcripti, neque editi (fateor) iſti commentarii *Perſiis*, ſed *Tarentinis*, ſed *Conſentinis*, ſed *Siculis*, (ut cum *Cæcilio* loquar apud *Ciceronem*:) tyronibus nimirum & Iuventuti *Academicæ*. Sed manum de tabula; ne *currente rotâ* dum *urceum* facere cogito, *amphoram* fingam. Accipe igitur (Illuſtriſsime Domine) limatos hoſce *Tractatus Ethicos*, tanquam perennia obſequii mei, atque gratitudinis σαρκνίσματα. Mitto enim, (vel potiùs ſponte ad te eunt,) ut ſemetipſos Honoratiſsimo nomini tuo imperioque ſubmittant; tuumque ſedulò ambiant patrocinium. Benedicat tibi DEUS *miſericordiæ* & *conſolationis*, diuque te, & *Principi*, & *populo*, *Reipublicæ*, et *Eccleſiæ* incolumem ſervet; unà cum religioſiſsimâ et piiſsimâ Heroinâ, conjuge dilectiſsimâ, liberiſque nobiliſsimis, fœliciſsimis iſtis

duraturæ

duraturæ familiæ pignoribus, atque parentum patriæque ſpe, ſimul et deliciis. Ita vovet, qui

Amplitudini tuæ omni

officio devinctiſsimus

THOMAS SIXESMITH.

Oxonii è Muſæo meo in Collegio *Æneanaſenſi*, Nono Cal. Januarii 1639.

INDEX TRACTATVVM, CAPITVM, ET QUÆSTIONUM, quæ in hoc volumine continentur.

Tractatus primus.

Cap. 1. *An omnia appetant bonum?* pag. 1
Cap. 2. *An sit unus rerum agendarum finis?* 6
Cap. 3. *De modo doctrinæ in Ethica.* 11
Cap. 3. & 4. *Idoneus auditor Ethicæ.* 13
Cap. 4. *De summo bono ejusque acquirendi modo.* 15
Cap. 5. *De iis in quibus Beatitudo non sit.* 16
Cap. 6. *Veritatem amicitiæ præferendam.* 21
Bonum separatum, aut Ideam non esse Fœlicitatem. 23
Fœlicitatem esse bonum sufficientissimum. 25
An Eligibile propter se tantum sit melius eò quod est eligibile propter se, & propter alterum? 29
Cap. 7. *De definitione fœlicitatis.* 31
Quomodo intelligitur quod in fine cap. dicit Philosophus, Principium operis esse plusquam medietas operis? 33
Cap. 8. *De bonis requisitis ad fœlicitatem.* 34
An ad fœlicitatem requiratur necessario usus virtutis? 38
An ad fœlicitatem necessario requiratur delectatio? 40
An ad fœlicitatem requiratur necessariò bonorum exteriorum affluentia, & bona dispositio corporis? 41
Cap. 9. *De causa fœlicitatis.* 42
Cap. 10. *Fœlicitatem esse in hac vita.* 44
An de hac re Aristoteles sacris literis consentiat? 45
An fœlix semel miser unquam esse possit. 47
Cap. 11. *Posterorum res ad defunctos pertinere.* ibid.
Cap. 12. *De præmio fœlicitatis.* 48
Cap. 13. *De habitudine potentiarum animæ ad rationem.* 51
Cap. 14. *De subjecto virtutum moralium.* 54

Tractatus secundus.

Cap. 1. *De generatione virtutum.* 57
An virtus possit corrumpi? 62

An-

An naturalis appetitus potest assuefieri ad oppositum ejus ad quod ipse naturaliter inclinatur? 63
An virtus ex operationibus in nobis generetur? 64
An virtus generetur ex operibus secundum rectam rationem commensuratis? 65
An operationes precedentes virtutum & sequentes sint ejusdem speciei? 67
An ex unica operatione possit generari Virtus? 69
An Virtus possit augeri vel minui? 70
An Virtus possit in nobis generari absque operationibus exterioribus? 71
Cap. 2. De corruptione Virtutis. 73
Cap. 3. Virtutes esse circa Delectationes & tristitias. 74
An Virtutes sint impassibilitates? 79
Cap. 4. Discrimen inter agere justum, & agere juste. 81
An resistere voluptati quam ira sit difficilius? 83
An circa difficilius fiant semper ars & virtus? 84
Cap. 5. De divisione Passionum, & de genere Virtutis. 85
Cap. 6. De definitione Virtutis. 93
Quomodo Virtus disponat ad propriam operationem? 95
De regulis operis studiosi. 98
Quomodo Virtus intellectualis consistat in Medio? ibid.
Cap. 7. De divisione Virtutis. 101
Cap. 8. De habitudine virtutis ad vitia, & vitiorum inter se. 108
An majus bonum contrarietur majori malo? 109
Cap. 9. De modo inveniendi medium, & difficultate ejus. 110

Tractatus Tertius.

Cap. 1. De Voluntario & Involuntario. 115
De Principiis Actionis. 118
An Actiones ex ignorantia sint voluntariæ? 118
An Ignorantia excuset Peccatum? 121
An omnes operationes nostræ violentæ sint involuntariæ? 122
An operationes omnes quæ propter metum fiunt aliasque non fierent sint involuntariæ? 125
An timori cedere in aliquo casu sit laudabile: vel an malum aliquod propter timorem majoris mali sit faciendum. 126
An operationes factæ propter iram aut concupiscentiam sint involuntariæ? 128
An homo eo tempore quo non potest uti ratione possit peccare mortaliter? 131
An voluntas ceteris omnibus eodem modo se habentibus determinetur aliquando ad unum oppositorum, aliquando ad alterum? 132
An voluntas sit activa illorum actuum oppositorum? 133
An actum volendi aut nolendi præcedat in voluntate aliquis alter actus, mediante quo actus volendi fiat in voluntate? 134
An proposita duobus bonis per rationem, scil. majori & minori incompossibilibus, voluntas dimisso majori bono possit velle minus bonum? 134

An

An voluntas possit velle, contra vel prater judicium rationis? 135
An voluntas moveat alias potentias animæ? 136
An operatio humana sit bona aut mala ex circumstantiis? 137
An omnis malus sit ignorans? 139
An voluntarium bene definiatur? 141
An agens naturale, voluntarium, liberum, & dominativum differant in modo agendi? 142
Cap. 2. De Electione. 143
Cap. 3. An deliberatio rectè statuatur?
An Eligibile & quod cadit sub consultatione sint idem? 157
An consilium sit quæstio resolutoria? 158
An utilitas solum, vel honestum etiam sit finis deliberationis? 162
Cap. 4. De objecto voluntatis. 163
An passio mala magis corrumpat rationem quam habitus malus? 166
Cap. 5. De libertate voluntatis. 167
An homo fiat malus involuntariè propter ignorantiam? 168
An voluntas & intellectus sint eadem potentia animæ? 171
An voluntas sit nobilior & excellentior potentia ipso intellectu? ibid.
An homo fiat malus involuntariè propter concupiscentiam? 172
An intentio boni aut mali sit actus voluntatis? 174
An voluntas intellectum & alias potentias anima moveat? ibid.
An homo semel malus semper remaneat malus, & involuntariò? 175
Cap. 6. De definitione Fortitudinis. 176
An Fortitudo sit virtus cardinalis? 184
An Fortitudo magis opponatur audacia quam timori? 187
Cap. 7. De comparatione fortis ad sua extrema. 188
An fortis sit ullo modo dicendus qui sibi consciscit mortem? 189
Cap. 8. De speciebus fictæ fortitudinis. 190
An fortior sit qui sine animi perturbatione in subitis & repentinis periculis versatur, quam qui præmeditatus ad pugnam venerit? 192
Cap. 9. De adjunctis fortitudinis. 193
An fortitudo principalius se habeat ad actum aggressus quam expectationis? 194
An mors potius fortis sit eligenda quam fuga, ubi per talem fugam possit servare vitam? 195
An si non esset alia vita, fortitudo inclinaret ad expectationem mortis? 196
An fortis in omni actu fortitudinis delectetur? 197
An forti liceat hostem fallere? 198
Cap. 10 De temperantia. 199
An bellua voluptatibus aliorum sensuum à gustu & tactu delectentur? 207
An temperantia & natura aliqua ex parte opponantur? 208
An temperantia sit una virtus secundum speciem? 209
An virginitas sit virtus moralis & species temperantiæ? 210
An intemperantia sit vitium pejus timiditate? 212
Cap. 11. De cupiditate naturali. 213

Cap. 12.

Cap. 12. De remediis Intemperantiæ. 21
An dolor magis labefactet naturam, quam voluptas? 21
An vehementes voluptates insanire faciant? ibid

Tractatus quartus.

Cap. 1. An liberalitas rectè statuatur? 21
An usura sit mala, & an sit sub avaritia per se? 23
Cap. 2. De Magnificentia. 23
Cap. 3. De Magnanimitate. 23
An sit melius honorare, quam honorari ab alia? 24
An magnanimi sit potius contemnere quam appetere honorem? 24
An magnanimitas aliquas passiones moderetur? 24

FINIS.

TRACTATU

TRACTATVS PRIMVS
IN LIBRVM PRIMVM ETHICORUM ARISTOTELIS AD Nicomachum.

An omnia appetant bonum?

CAP. I.

In hac quæstione observantur &

Appetitum: ipse enim est quadruplex, nempe

Fundamentũ, quod cõsistit partim in distinguẽdo

1. *Naturalis*, qui consequitur aut
   - *Formam*, ut in entibus in actu, nempe compositis ex materia & forma.
   - *Naturam perfectibilem*, (i.e.) inclinatam ad perfectionem; qualis est appetitus materiæ primæ ad formam: & in hoc appetitu cœli, elementa, & mixta inanimata locantur.

2. *Vegetabilis*, qui animam vegetativam sequitur, cui res secundi gradûs, sc. plantæ subjiciuntur.

3. *Sensitivus*, qui animam consequitur sensitivam, aut formam sensu comprehensam; cui solùm subjiciuntur animantia.

4. *Intellectivus*, qui formam sequitur apprehensam intellectu; qui est aut in
   - *Materialibus*, ut hominibus,
   - *Immaterialibus*, ut intelligentiis: hæc tamen quæstio potissimùm de naturali appetitu intelligenda est. Unde intelligitur non omnia absolutè bonum appetere, cum omnia appetitum non habeant, sed res in quatuor gradibus istis comprehensæ.



Conclusiones istæ

1. *Omnia appetunt bonum.* quod ostenditur authoritate antiquorum qui bonum illud definiverunt esse, quod omnia appetunt, unde sequitur quod omnis ars, & omnis intellectualis habitus, omnisque electio actusque humanus, bonum appetunt: nonformaliter & intrinsecè, cùm ipsa non habeant appetitum; sed extrinsecè & virtualiter, eò quòd dirigant hominem in appetitionem boni.

2. *Fines doctrinarum & artium sunt differenter;* quia fines quorundam sunt
- *Operationes* solæ, ut Musicæ cantare, eò quòd nullum opus post ipsam actionem remanet.
- *Opera* remanentia præter & post operationem; ut artis ædificandi finis est domus, quæ manet post ædificationem: in his verò artibus magis appetenda sunt opera quàm operationes ipsæ, eò quòd in iis opera sunt operationum fines.

1. *Subjectum* in quod operetur, in quod inducit formam aliquam quæ remanet post operationem; ut domificativa, quæ mediante organo ipsam inducit.

De

☞ De causa autem differentiæ finium notandum, quòd ars quædam requirit

2 Non subjectum in quod operetur, sed *organum* quo agat; & talis ars aut operatur organo
- *Seperato*, sicut Musica practica & instrumentalis citharâ violâque utitur.
- *Conjuncto*, sicut ore & gutture Musica vocalis utitur.

3 Nec organum, nec subjectum; ut operatio ipsi agenti immanens: unde evadit quòd ars, quæ utitur subjecto post operationum finem relinquat opus; cæteræ verò operationes pro fine habent.

3 *Fines diversarum artium sunt in substantia diversi*, sicut & ipsæ artes & doctrinæ sunt diversæ: alius enim est finis Medicinæ, scil. sanitas; alius Oeconomicæ, scil. divitiæ; his autem fines sunt diversi secundum substantiam.

4 *Finium artium est inæqualis perfectio*; nam quædam sunt
- *Subalternantes*, quarum finis est nobilior.
- *Subalternatæ*, quarum finis est minùs nobilis.

☞ Omnis ars Mechanica tres habet fines, scil.
- Propriam operationem.
- Medium opus.
- Ultimum usum operis.

☞ Notandum, quòd quidem
- Ars est habitus cum ratione verâ factivus, constans ex multis experientiâ collectis quæ ad usum humanum conferunt.
- Actus est actio non factio hominis secundum electionem.
- Electio est principium quo homo ex duobus sibi propositis eligit alterum præ altero.
- Doctrina est modus aut via qua scientiam aliquam percipere possumus.

Dubitationes istæ

1. *Dubitatio.* Quod non cognoscit non appetit. ut dicitur & 2. & 3. *de Anima*, & 12. *Metaph.* Sed multa non cognoscunt. Ergo.

Resp. Quod non cognoscit non appetit appetitu cognoscitivo, scil. aut sensitivo, aut intellectivo; at naturali potest ut interim non cognoscat, eò quòd ab Intelligente cognoscente dirigatur: ut loquitur *Aver.* 12. *Metaphys.*

2. *Dub.* Appetitus est ratione carentiæ 1. *Phys.* Sed quædam nullo bono carent, ut Deus. Ergo.

Resp. Appetitus est quidem alius
- Imperfectorum, ad acquirendam perfectionem ad quam sunt in potentia; & iste est ratione carentiæ, & debetur passivis.
- Perfectorum, aut ad
  - Perfectionem habitam conservandam, ut in Intelligentiis.
  - Perfectionem imperfectis largiendam, ut in Deo: & tales appetitus non sunt ratione carentiæ, & activis debentur.

3. *Dub.* Voluntas appetit contingenter, non necessariò, quia tunc non esset libera; igitur potest quandoque non appetere, & tunc omnia non appetunt bonum.

Resp. Voluntas est semper in { Aptitudine ad *actum* volendi. / Non *actu* volendi, licet semper ad ipsum inclinetur.

Replica. Si voluntas ante actum volendi inclinaretur ad actum volendi, tunc cum inclinari ad aliquid sit appetere ipsum, voluntas ante actum volendi appeteret. at appetere in voluntate est velle, ergo vellet antequam vellet.

Resp. Voluntas inclinatur ad volendum antequam velit appetitu { *Naturali*, qui est cujusque potentiæ inclinatio, sive activæ sive passivæ ad actum sibi proprium & convenientem. / Non *Intellectivo*, qui solùm voluntas dicitur, quæ est inclinatio in rem intellectam, mediante judicio intellectûs de ejus bonitate & malitiâ. Unde non omne appetere voluntatis est velle.

4. *Dub.* Malum cum sit contrarium bono non appetit bonum, quia tunc suam corruptionem appeteret. At omne Ens diligit se permanere. *Aver.* 1. *Phys.* Ergo.

Resp. In malo duo considerantur { *Subjectum*, quod { Essentialiter est bonum. / Per effectum est malum, denominativè per malitiam sibi inhærentem. / *Malitia*, quę vel est { *Privatio sola* dispositionis debitæ & conveniens: & illa quidem non appetit bonum, quia non est aliqua entitas. / *Dispositio positiva* disconvenientis subjecto, & hæc capitur aut { *Absolutè*, secundum suam naturam, & sic est aliquod bonum, & appetit sui ipsius conservationem, tanquam aliquod bonum. / *Comparatè*, respectu subjecti in quo est, respectu quidem cujus mala est, cum ipsum corrumpat & contaminet.

5. *Dub.* Accidentia cum non habeant appetitum non appetunt bonum. Ergo.

Resp. Quædam bonum appetunt appetitu sibi { *Intrinseco*, ut substantiæ. / *Extrinseco*, ut cætera omnia: quæ appetere bonum dicuntur aut ratione subjecti in quo inhærent; aut ratione Intelligentiæ, à qua ad Deum referuntur.

6. *Dub.* Mali homines ex mala electione operantes malum appetunt, non bonum; electio enim includit appetitum ejus quod eligitur. Ergo.

Sol. Non appetunt malitiam, sed forsan ejus subjectum, aut aliquid ipsi malitiæ annexum, quod secundum se non est malum, sed aliquam boni rationem

tionem participat, propter quam appetitur.

7. *Dub.* Appetitus contrariùm contraria feruntur: igitur non feruntur ambo in bonum, cum bonum bono non sit contrarium, ut in Prædicamentis dicitur.

Resp. Appetitus contrarii sunt ad contraria, non quidem secundum bonitatem & malitiam, sed secundum alias eorum generum contrarietates.

2. Vel dicendum quòd contrariorum respectu { *Ejusdem* unum est bonum, & alterum malum. / *Diversorum* non est inconveniens utrumque esse bonum.

8. *Dub.* Quidam electivè se privant omni bono, ut qui desperantes se interficiunt.

Resp. Illi appetunt { *per se bonum*, sc. liberationem ab anxietate, / *per accidens malum*, scil. mortem quam ideo solum appetunt, quia ab anxietatibus sine morte liberari non possunt.

9. *Dub.* Incontinentes sciunt malum esse quod appetitur, ipsum tamen appetunt. *lib. 7. cap. 3.* Ergo.

Resp. In incontinente spectantur duo, & quidem { *Habitus rationis*, quo naturaliter videt meliora quæ relinquit. / *Impetus passionis*, quo violenter incitatus deteriora expetit, ita ut licet bonum videat, inflammatus tamen voluptatis facibus malum pro bono accipit, ipsúmque rapit, non tamen sub ratione mali, sed ut bonum apparens.

10. *Dub.* Fœlicitas est finita, voluntas autem infinita; sed inter finitum & infinitum nulla est proportio. Ergo. Voluntas non appetit fœlicitatem.

Resp. Voluntas { *Essentia perfectionis*, & sic est infinita, Deumque suum finem habet & objectum. / *Regula virtutis*, & ipsius rationis; & sic in hac vita est fœlicitate terminata.

11. *Dub.* Divitiæ sunt instrumenta Oeconomiæ, ut in 1. Politic. probatur. Ergo Non sunt Oeconomicæ finis, ut hic dicitur.

Resp. Oeconomica est duplex, altera { De modo vivendi domesticè secundum virtutem, & de hac loquitur 1. *Polit.* / De sola administratione rerum temporalium, quæ res personarum non personas dicitur gubernare. Et sic jura communiter, & in hoc loco *Arist.* sumunt Oeconomica.

12. *Dub.* Aliqua ars ut venefica appetit malum. Ergo, Omnis ars non appetit bonum, ut dicit *Arist.*

Resp. Istæ non sunt artes, cum non ordinentur ad bonum humanum.

2. Istæ artes appetunt bonum { Non *verum* / Sed *apparens*.

An sit unus rerum agendarum finis? Cap. 2.

In hac quæstione observantur, &,

Res agendæ, ipsæ enim sunt, aut
- *Absolutæ*, & per se, ut solæ virtutes, quæ vi suâ ad ultimum finem acquirendum pertinent.
- *Respectivæ*, & comparatæ, quæ sunt duplices, vel quidem
  - *Naturales*, ut edere, & bibere, dormire & vigilare ad conservationem naturæ.
  - *Utiles et fortuitæ*, ut comparare necessaria ad victum & cultum, quæ per accidens ad ultimum finem comparandum spectant.

Fundamentum, quod consistit partim in distinguendo

Unum finé, ipse enim dupliciter sumitur, aut
- *Ethicè*, pro simplici & perpetua actione virtutis, quæ in hac vita expetitur propter se & sic in hoc loco accipitur.
- *Metaphysicè*, idque item tripliciter, vel sc.
  - Pro æterna contemplatione virtutum, ut in 10. Ethic.
  - Pro ipso Deo, qui ultimus est omnium finis, cùm omnia propter seipsum fecit: quæ acceptio magis Theologica est.
  - Pro infinita quadam omnium rerum in prima causa unione, ut in 11. & in 12. lib. Metaph.

1 Inter *Fines* operabilium est unus bonus & optimus, est enim unus ultimus ad quem cætera omnia ordinantur, cùm non sit abire in infinitum in causis finalibus, aut ullis essentialiter ordinatis: ut ostenditur 2. Metaph. Si verò in ipsis finalibus causis in infinitum esset progressus, tum naturale desiderium nostrum illius finis frustra erit, & inane.

2 Dicti finis cognitio duo homini cognoscenti bona facit; nam &
- *Allicit appetitum*, ut ex ejus desiderio magis magisque conetur ad bonorum operum incrementum, humanæque vitæ integritatis.
- *Dirigit intellectum*, ut ex ejus apprehensione sciat operationes humanas regulare, & usque ad ipsum propositum finem perducere; ut ostendit exemplo sagittariorum Philosophus, qui ex apprehensione signi sciunt rectè sagittas mittere ad signum, quod non facerent nisi providissent.

Conclusiones

Conclusiones istæ

3 Considerare de fœlicitate spectat ad Civilem scientiam, tùm

Quia ipsa est nobilissima scientia; quod intelligitur

Non *Simpliciter*, quia ipsa propter objecti dignitatem, scil. Dei, omnes cæteras perfectione antecellit.

Sed *Cõparatè* respectu Activarũ scientiarũ; illud tamẽ intelligẽdum, qd aliter speculativis & Activis Scientiis utatur; imperat enim scientiis, &

Speculativis, tantùm quoad esse, jubens, quòd ipsæ sint vel non sint in civitate;

Activis, & quoad ipsum

Esse jubens, ut sint, vel non sint in civitate.

Modum essendi, jubens quòd hoc illove modo sint.

Quia ipsa est maximè Architectonica, cùm sub eo præstantissimæ existant facultates, scil. Militaris, Oeconomica, & Rhetorica.

4 Considerare de hoc ultimo bono spectat etiam ad Ethicam; cùm enim civitates sint propter homines, non est civitatis aliquod bonum quod non sit cujuslibet inhabitantium bonum: sed Ethica considerat bonum uniuscujusq; hominis, Politica vero bonum commune civitatis: ergo,

5 Politica considerat altiùs & diviniùs de summo bono quàm Ethica; quod intelligendum est quantum ad ejus boni

Procurationem, & ipsius procurati conservationem.

Non *quidditatem*, ipsam enim Ethica perfectiùs considerat quàm Politica, quia hæc ipsam suppositivè solùm, illa inquisitivè considerat.

☞ Notandum quòd Activarum Scientiarũ quædam tractãt de homine

Absolutè, sine distinctione graduum: & sic Ethica hominem in ordine ad fœlicitatem considerat, non de uno solùm secundum quod gerit solitariam vitam, sed de uno indifferenter & communiter, sine respectu ad diversitatem gradûs accepto.

Respectivè, distinguendo inter gradus diversos, ut &

Politica, quæ considerat de hominibus in ordine ad fœlicitatem, secundum quod in civitate diversis gradibus ordinantur.

Oeconomica, quæ de hominibus ita secundum quod diversis ordinantur statibus in domo.

Unde patet quòd Ethica prior est & utilior quàm Politica, & Oeconomica, & quòd eas sibi subalternat: unde in ipsa oportet describere & inquirere humanum bonum quid sit? quæ & quot sint virtutum species? quæ & qualia debet agere unusquisque indifferenter, ad illum summum bonum adipiscendum. Sed Oeconomica & Politica hæc ab Ethica pro constanti habentes, intendunt quomodo per diversos hominum gradus hujusmodi summum bonum, virtutes, & earum operationes possint universis procurari & conservari, secundum quod spectat ad uniuscujusque statum.

Dubitationes,

Dub. 1. Contemplatio virtutis in 10. *Ethic. cap.* 7. *tex.* 3. perpetua contemplatio

platio 1. causæ in 11. *Metaph.* perpetua actio virtutis. hoc lib. ultimus finis dicitur Ergo sunt plurimi ultimi fines.

Resp. Finis alius est
- *Separatus*, de quo in 11. *Met.*
- *Conjunctus* de quo in hoc loco. Fœlicitas autem activa & speculativa
  - Conveniunt in *essentia*; utraque enim in habitu virtutis, & ornatu mentis quoad essentiam manet.
  - Differunt in *existentia* & modo solùm; manet enim immutabilis habitus, licèt varietur modus.

Dub. 2. Beatitudo est finis unius scientiæ, scil. Civilis, ideo non est omnium rerum agendarum finis; nam aut est finis aliarum; & tum Politica non est cæteris præstantior, aut non est, & sic non est omnium finis.

Resp. Unaquæque scientia habet suum particularem finem; est tamen unus ultimus finis omnium, unde reliquæ omnes Scientiæ continentur & sub
1. *Metaphysicâ*, in ratione veri.
2. *Dialecticâ*, in ratione probabilis.
3. *Ethicâ*, in genere & ordine boni.

Dub. 3. Non minùs natus est homo ad sciendum verum, quàm ad agendum bonum; ergo ut summum bonum est finis rerum agendarum respectu voluntatis, ita erit summum verum rerum sciendarum respectu intellectûs. major est Arist. 10 Metaph: cap. 10.

Resp. Ut voluntas Metaphysicè refertur ad infinitum, simplex, & incommutabile bonum, ita intellectus refertur ad infinitum, simplex, & incommutabile verum, quod bonum & verum idem est principium, causa, & motor omnium, sc. ipse Deus: sed de hoc fine hîc non agitur.

Reph: De objectis tam voluntatis quam Intellectûs, nempe vero & bono agit Aristoteles in 1. & 6. Ethic. Ergo de hoc duplici fine agitur.

Resp. De istis quidem agit in locis istis Aristoteles, sed alio quodam sensu: hîc enim de illis agit ut ad Politicam vitam usumquè spectant, illîc ut in Deo essentialiter uniuntur; hîc ut acquiri possunt in hac vita, illîc ut apprehendi possint in æternitate.

Dub. 4. Voluntas interdum est impossibilium, 3 Ethic: cap. 2. text. 6. & unumquodque appetit se semper manere 1. Phys. Sed iste appetitus est unus, ergo non est inconveniens appetitum unum esse.

Resp. Appetitus alius est
- *Sine cognitione*, qui dicitur *naturalis*, qui
  - *Per se* nunquam est frustra:
  - *Per accidens* potest esse.
- *Cum cognitione*, qui est aut quidem
  - *Vagus & imperfectus*, sine limitatione electionis; & talis potest esse vanus.
  - *Perfectus*, electione limitatus, qui esse non potest frustra; nam Deus & Natura nihil frustra agunt.

Dub. 5. Appetitus divitiarum in finitum procedit. 1 Polit. & per consequens operationes propter divitias. Ergo.

Resp. In finibus accidentaliter ordinatis non est inconveniens progressus in infinitum, (i.e.) in iis quæ sunt ejusdem speciei, ut divitiæ secundum Averr: 2 Metaph: Sed in finibus per se subordinatis oportet esse ultimum finem.

Dub. 6.

Dub. 6. Si aliquis esset homini indifferens ultimus finis, cum ipse sit accidens, tum accidens esset finis hominis, & per consequens nobilior, cùm finis sit causa causarum. 2. Phys.

Resp. Quoddam ordinatur in finem dupliciter, aut ut
- *Medium* ad obtinendum finem, sicut actus humani in fœlicitatem; & finis debet esse nobilior istis in ipsum ordinatis.
- *Subjectum* finis; & non necesse est finem esse nobiliorem eo quod sic in finem ordinatur;

Dici tamen probabiliter potest, fœlicitatem considerari posse aut sub ratione,
- *Essentiæ* suæ; & sic cum sit accidens, ab homine dependet, & propter hanc naturæ suæ dependentiam, est minùs homine nobilis.
- *Causalitatis* suæ; & sic nobilior est homine, eò quòd inclinat hominem ad studiosas operationes, homo autem studiosus est homine absolutè perfectior.

Vel dicendum quòd est perfectior homine.
- *Non absolutè*, ratione propriæ naturæ.
- *Sed comparatè*, ut est primi boni similitudo.

Vel dicendum quòd finis simpliciter ultimus est nobilior homine, sc. Deus, ac respectu Dei fœlicitas est *finis quo*.

Repl. Homo est causa fœlicitatis, ergo fœlicitas non est causa hominis, nam tunc homo esset causa hominis.

Resp. Negatur ratio: homo est causa efficiens fœlicitatis; fœlicitas est causa finalis hominis. nec enim est omne quod est causa causæ causa causati, nisi in eodem genere causæ, & essentialiter ordinatis.

Dub. 7. ultimus finis hominis est quid optimum. Ergo omne ordinatum in ipsum est bonum. Sed aliqui actus humani sunt mali. Ergo.

Resp. omnes actiones in ipsam ordinatur fœlicitatem, aut secundum
- *Veritatem* & per se, ut istæ quæ ab habitu & dispositione virtutis procedunt.
- *Accidens*, ut operationes naturales, edere, bibere, &c.
- *Optionem* agentis, ut malæ quæcunque operationes; ipse enim illud efficit quod sibi videtur maximè desiderandum.

8. *Dub.* Ultimus finis est operatio ejus secundum perfectam virtutem. 1. Ethic. cap. 7. at ipsa ordinatur in alium finem.

Resp. Operationes aliæ sunt
- *Media*, quæ ordinantur in hanc.
- *Ultima*, quas non est necesse in alium disponi finem: verùm concedi potest ipsam etiam ultimam operationem in numinis contemplationem ordinari; est tamen ipsa inter operationes humanas finis ultimus.

9. *Dub.* Summum hominis bonum est fœlicitas, de qua nullibi in Politica, sed in Ethica 1 & 10. lib. ergo ipsa non spectat ad Politicam.

Resp. Pertinet fœlicitas ad
- *Politicam*, quantum ad ejus acquisitionem.
- *Ethicam*, quantum ad inquisitionem & tractationem suæ naturæ.

10. *Dub.* Finis humanus debet in principalissima scientia tractari, ut in textu

 ais

ait Aristoteles: sed ipsa est Metaphysica, secundum ipsum in 1. Metaph. cap. 1. Ergo ad eum finis humanus spectat.

Resp. Metaphysica quidem est Politicâ nobilior, eò quòd de nobiliori fine considerat; vel si de eodem, nobiliori tamen & divinori modo: nam de ipso Metaphysica speculativè, Politica autem solùm practicè considerat: dicitur autem Politica nobilissima, non aut ratione materiæ, scil. objecti, aut ratione formæ, scil. modi considerationis; sed ratione Imperii, eò quòd ostendit quæ speculativæ & practicæ in civitate esse debent, & quales unumquemque & quousque oportet discere.

11. *Dub.* Politica non est communissima scientia, sed specialis, respectu & Ethicæ, & Metaphysicæ; Ergo habet finem aliquem specialem, Ergo ultimum finem & universalissimum non considerat.

Resp. Est quidem Politica ipsa universalissima
- Non simpliciter, exceditur enim & à Dialectica, & à Metaphysica.
- Sed respectu Practicarum scientiarum, exceptâ forsan Ethicâ & Oeconomicâ, à quibus quidem discriminatur
  - Non in ipso fine principaliter considerato.
  - Sed in modo considerandi eundem finem.

12. *Dub.* Habitus per objecta distinguuntur, ut ex *Arist. 2. de Anima* colligitur; si ergo cùm fœlicitas sit objectum Ethicæ, sit etiam Politicæ, sequitur ipsas esse unum habitum.

Resp. Fœlicitas est adæquatum neutrius objectum; spectat tamen ipsa ad
- *Ethicam*, ut est unius hominis bonum:
- *Politicam*, ut se extendit ad civitatem.

☞ Notandum quod quantum ad felicitatis
- *Considerationem* — subordinatur
- *Acquisitionem* — subordinatur

Politica Ethicæ; eò quòd de ejus natura nihil investigat Politicus, sed supponit eam in Ethica perfectè inquisitam.

Ethica Politicæ; quia Ethica solùm ostendit quid sit, hæc, quomodo acquiri potest, ut tandem universæ civitati extendatur; ita ut finis Ethicæ proximus & intrinsecus est perfectio unius hominis, remotus & extrinsecus beatitudo civitatis.

Notandum quòd quidam hanc Quæstionem ad omnes sive bonos, sive malos actus humanos extendunt, & tum secundum eos dicendum, non esse unicum finem omnium operationum humanarum secundum veritatem, sed solùm secundum opinionis proportionem; quilibet enim habet illud pro ultimo fine quod operanti videtur optimum.

De modo Doctrinæ in Ethica. Cap. 3.

In hoc tractatu observantur

Fundamentum, quod consistit partim in
- Ostendendo causam quare in hac scientia non potest esse demonstratio, scil.
  1. Dissimilitudo morum in diversis regionibus.
  2. Multitudo rerum in hac Scientia tractatarum.
  3. Mutatio legum in variis gentibus.
  4. Incertitudo eventuum.

  Hæc enim omnia sæpe mutantur, ideoque accuratè Demonstratione explicari non possunt.
- Distinguendo Scientiarum modos.
  1. *Necessaria*, & harum est propriè dicta Scientia; tales autem res sunt Mathematicæ, Metaphysicæ, & pleræque naturales.
  2. *Non necessaria*, quæ tripliciter distinguuntur; rerum enim quædam fiunt
     - 1 *Persæpè*, ut calores in æstate; & circa has dici potest quòd ars versatur.
     - 2 *Rarò*, ut calores in hieme: & circa has versatur aut
       - *Casum*, qui est causa per accidens circa ea quæ fiunt ratò à natura.
       - *Fortuna*, quæ est causa per accidens circa ea quæ raro fiunt à mente & electione nostrâ.
     - 3 *Æquè*, & circa eas versatur ratio & electio nostra.

Notandum igitur quòd Scientiæ ex rebus emergunt; res autem sunt quidem vel

Scientiæ igitur sunt earum rerum, quæ perpetuæ atque certæ: in Scientiis tamen ipsis sunt certitudinis gradus;

sive consideremus
- Diversas Scientias, quarum quædam dicuntur certiores respectu
  - *Objecti*, ut est, scil.
    - Simpliciter Metaphysica.
    - Inter naturales Scientia de Anima.
  - *Modi procedendi*, ut Mathematica.
- Eandem Scientiam; notandum enim qd tria in unaquaque scientia oportet respicere
  1. *Præcepta*, quæ in omni scientia in summo gradu certitudinis esse debent.
  2. *Probationes*, quæ secundum materiam attendendæ sunt, in aliquibus necessariæ, ut in Mathematicis: aliquando probabiles & persuasivæ, ut in hac scientia.
  3. *Exempla*, in quibus
     - Semper, & principaliter ratio illustrandi:
     - Interdum & minus præcipuè ratio probandi spectatur.

Notandum quòd cuique scientiæ accommodatur modus Doctrinæ proprius, nam Scientia est ut quidam terminus, Doctrina ut via ad terminum: Verùm sicut omnis effectus artis fit per instrumentum tam operi quàm operanti accommodatum; sic modus Doctrinæ accommodari debet: modus igitur hujus Doctrinæ ob materiam, debet esse non Demonstrativus propter quid, sed quia; nam talis modus accommodatur scientiis iis quæ versantur circa materiam non necessariam.

Dubitationes.

Dub. 1. Omnis scientia quæ est de materia certissima Demonstrationibus confirmari potest 1 *Demonst. cap.* 6. Sed Ethica est de certissima materia, dicit enim Aristoteles *in* 1. *Ethic. cap.* 10. *text.* 4. quòd in nulla re mortalium tanta insit firmitas, ut in iis rebus quæ virtute geruntur: & iterum *in lib.* 2. *cap.* 6. dicit quòd virtus est omni scientiâ certior: ergo.

Resp. Virtus dicitur certa, & Scientia certior,
- Non quoad *demonstrationem* rei ut concludatur: nam illud *in* 2. *lib. cap.* 2. Arist. negat.
- Sed quoad *inclinationem* & directionem animi, ut in honestis vitæ actionibus confirmetur, & stabiliatur.

Dub. 2. Illa Scientia quæ proprietates & definitiones habet, uti potest demonstrationibus, quia ipsa sunt demonstrationum principia: Sed Ethica proprietates & definitiones habet: in ipsa enim virtutes & vitia, & affectus definiuntur, eorumque proprietates explicantur: ergo.

Resp. Scientiæ certæ bifariam dicuntur, vel quarum principia sunt
- *Certa*, quod potest esse dupliciter, vel
  - *Absolutè*, quæ scil. nullo modo mutari, aut impediri possunt: sic Metaphysica, Physica, Mathematica certæ dicuntur.
  - *Comparatè*, quæ scil. sunt per se certa ad effectum producendum, & per accidens tamen mutari possunt: ut Constellatio destinata ad hunc vel illum effectum, alterius tamen vi obtundi potest.
- *Incerta*, & in producendis suis effectibus frequenter impedita, ut voluntas, appetitus, intellectus: & harum scientiarum analytica non potest esse conclusio. Definitiones quidem & proprietates traduntur, sed materiales respectu subjecti in quo sunt, non formales & per se respectu definiti, quippe virtutes & vitia affectus accidentales sunt & per subjectum definiuntur ac demonstrantur.

Notandum quòd hæc Scientia appellatur certa secundum res de quibus tractat, Virtus autem certissima dicitur

Inclinationis ad bonam operationem, eò quòd ipsa homines semper dirigit in actiones honestas, & studiosas.

Certitudine
- Non autem aut respectu
  - 1 *Principiorum*, cùm ipsa impediri possint.
  - 2 *Objecti*, ut virtutis, cum ipsum non in indivisibili consistat, sed intendi & remitti potest.

3 *Modo procedendi*, circa ejus demonstrationes in definitionibus & proprietatibus materialibus consistatur.

3. *Dub.* Illa Scientia est certissima, cujus materia est nobis vel nota, vel quantum ad principia naturaliter cognita: sed materia hujus scientiæ, scil. opera bona, sunt nobis naturaliter cognita; cum enim homo naturaliter appetat bona opera, sequitur quòd ipsa cognoscat naturaliter, aliter appeteret nescie quid.

Resp. Materia hujus scientiæ non est nobis naturaliter cognita, quomodò in hac Scientia consideratur. Bonum revera naturaliter appetitur, non tamen requirit præcognitionem illius particularis boni in se, sed cujusdam communis rationis, unde causatur interdum error credendo esse bonum quod non est bonum.

Idoneus Auditor Ethicæ Cap. 3. & 4.

In hac Quæstione observanda sunt

Fundamentum, quod consistit partim quidem in

2 Distinguendo finem Ethicæ, ipse enim est vel
- *Propinquus*, qui est eorum quæ in hac scientia dicuntur perceptio seu apprehensio.
- *Remotus*, qui consistit partim
  - *Primò*, in praxi virtutis & studiosis actionibus,
  - *Ultimò*, in contemplatione divinæ mentis.

& 2 Ostendendo impedimenta quominùs aliquis sit idoneus auditor Moralis Philosophiæ quæ sunt talia, &
1. Defectio ætatis.
2. Perversitas opinionis.
3. Ignorantia rerum.
4. Inconstantia morum.
5. Fluxus effectuum.
6. Affluentia vitiorum.

Juvenis dicitur aut ratione
- *Paucitatis* annorum, qui hîc non intelligitur præcisè, licèt ipsi experientia desit.
- *Inconstantiæ* & *levitatis* morum, qui scil. seipsum non vincit, sed affectibus nimiùm succumbit: qui hîc accipitur.

Conclusiones istæ,
1. Juvenis hanc scientiam inutiliter audit propter experientiæ defectum requisitæ ad judicandum hujus scientiæ rationes.
2. Qui effectus sequitur inaniter audit hanc scientiam, imò licèt addiscat, eò quòd finem ejus ultimum acquirere non potest, quæ est bona operatio: licèt enim cognitionem adipiscatur, inutiliter tamen, cùm finem cognitionis capere nequeat.
3. Hominibus secundum rationem viventibus & operantibus utilis est hæc scientia, eò quòd nec in ipsis cernitur defectus experientiæ qui impedit juvenem; nec malitia introductæ delectationis vel consuetudinis, quæ coërceret sectatorem passionum, cernitur.

Dubitationes.

Dubitationes

1 *Dub.* Juvenes sunt idonei Auditores speculativæ scientiæ, cum illorum animi sint quasi rasæ tabulæ, ad omnē formam accipiendam aptæ: ergo, multò magis sunt idonei Practicæ auditores; nam contemplatio & melior, & certior actione dicitur 10. *Ethic. cap.* 8.

Resp. Duo sunt impedimenta præcipuè quò minùs juvenis sit tam idoneus ad audiendam Ethicam, quā ad contemplationem, quorum alterum est
- 1 Defectus experientiæ, nam principia morum dependent ab experientia qua caret juvenis: sed principia speculationis non dependent ab ipsa.
- 2 Affluentia affectuum & voluptatum in animo ejus, quæ sunt Ethicæ disciplinæ valde infesta; sed tale in eo non reperitur quicquam contemplationi contrarium; sed solùm simplex privatio, quæ nihil speculationi resistit, sicut nec tenebræ luci.

2 *Dub.* Si aliquis sit hujus scientiæ auditor idoneus, aut ergo pravus, quod hîc negatur; aut boni, quod falsum est, cùm ipsi jam finem fructumque scientiæ habeant, scil. bonas operationes; ergo, est nulli utilis, si non juveni.

Resp. Est quidem utilis &
- *Pravis*, si non fuerint perditi, ut revocentur à vitiis, & ad virtutem flectantur.
- *Bonis*, ut in bonis confirmentur operibus.

3 *Dub.* Juvenes nondum sunt erroribus seducti, ergo possunt faciliùs scientiæ hûjus effectum suscipere.

Resp. Juvenes sunt quā senes ad hanc scientiam audiendā
- *Aptiores*, propter errorum vacuitatem.
- *Ineptiores*, tum quidem propter
  - *Impetum effrænem passionum.*
  - *Defectum judicii & rationis*; propter quas causas, præter hujus artis admonitionem alio indigent auxilio.

4 *Dub* Sequentes passiones possunt percipere rationes sermonesque Arist. Ergo hujus scientiæ sunt idonei auditores.

Resp. Tales possunt esse hujus Scientiæ auditores quantum ad finem ipsum Moralis Scientiæ
- *Proximum*, qui est præcepta ejus cognoscere.
- Non *Remotum*, qui est secundum virtutem actio: nam scientia hæc alicui dicitur inutilis esse, vel quia privatur
  - *Omni fine*, sic est inutilis & nihil intelligenti, & non credenti.
  - *Ultimo fine*, & sic in hoc loco juvenibus, & passiones sequentibus dicitur inutilis: cùm enim hæc scientia non solùm speculativa sit, sed activa, & oportet quòd ea quæ dicantur postea deducantur ad actum: cum juvenis actuum experientiam non habeat, ergo negatur esse idoneus.

Cùm in textu dicat Arist. multos ratione fortitudinis interiisse, loquitur de externo vigore corporis, non interno habitu animi.

De

De summo bono ejusque acquirendi modo. Cap. 4.

In hoc Tractatu considerantur,

1 In designatione nominis, quod secundum omnes est beatitudo.

Fundamentum quod consistit partim in

2 *Distinguendo* summum bonũ, quod est vel

Absolutum, quod per se & ex se est bonum: item quod alio non existente esset bonum, ut *Aristoteles Met.* 11. quod est bonum separatum, *Met.* 12. Deus.

Comparatũ, quod Politico bonorum genera disquirenti summum contigit, estq; vel

Opinione tantùm, vel

1 *Platonicorum*, qui consistere existimant in idea

Abstracta, ut Deus.

Conjuncta, in mente divina, aut humana existens, ut inferiùs dicemus.

2 *Vulgarium* in divitiis, voluptatibus, sanitate, & his similibus.

Reverâ, quod propter se est bonum, estque

In virtute, ut radice.

Operatione, ut formâ.

3 In explicando acquirendi modum, quie st vel

1 *A principiis*, quæ dicuntur 1 Poster. c. 2. nobis nota.

2 *Ad principia*, quæ dicuntur notiora naturâ, à quibus sic proceditur à

1 *Nobis, & naturâ notis*, ut Mathematica.

2 *Naturâ solùm*, ut demonstratio 1 Poster.

3 *Nobis solùm*, ut scientia contemplativa.

Conclusio 1. in speculativis ordine utendum est Compositivo, sive Synthetico,

1 Quia dicit Aristoteles 1 *Phys.* initio, à primis principiis est exordiendum.

2 Quia imbecillitas nostra alium modum non fert.

3 Quia finis qui est cognitio, hoc requirit ut à cognitis ad cognitionem perveniamus, priùs apprehendamus, quàm cognoscamus.

4 Quia nobis notiora sunt fundamentum ipsius cognitionis, in omni arte & doctrina incipiendum est à fundamento.

Conclusio 2. In Practicis ordine Analytico utendum est,

1 Quia dicit *Aristoteles Metaph. 7. cont.* 23. in arte ædificatoria à domo quæ est finis, non è contra incipiendum est.

2 Quia praxis nunquam procedit ab ignotis, sed semper supponit aliquod cognitum, secundum quod agat.

Dubitationes

Dubitationes

1 *Dub.* Urgetur à Stoicis. bonum non ſuſcipit magis & minus, Ergo non datur ſummum bonum. bonum eſt ſecundum illos quod à rectâ ratione procedit; recto non datur rectius, Ergo nec bono melius.

Reſp. Licet in ſtatu ſeparationis ſunt æqualis valoris, tamen in ſtatu aggregationis non ſunt: fœlicitas itaque quum ſit bonum aggregatum, eſt præſtantior quavis ſui parte ſeparatim ſumptâ.

2 *Reſp.* Actiones dupliciter conſiderantur { *Objectivè*, ita ſunt æqualia. *Formaliter*, & in ſe, ita non ſunt: magis enim vel minus diſtamus à regula, quatenus actio eſt minus vel magis juſta.

2 *Dub.* Dicit Ariſtoteles, hoc capite, incipiendum eſt à notioribus nobis: ſed incipit cum notiori naturâ, fœlicitate, *&c.* Ergo non ſibi conſtat.

Reſp. In Ethicâ duo conſiderantur { *Speculativum*, quod conſiſtit in cognitione. *Practicum*, quod conſiſtit in actione: & ſecundam duplicem hanc rationem duplex adhibenda eſt methodus.

3 *Dub.* Incipit Naturalis Philoſophia à notioribus naturâ, tractat enim de generali corporis naturalis ſpeculatione: ordine igitur utitur reſolutivo in ſpeculativis.

Reſp. Eſt reſolutio ultimi non finis, ut dicit Averr. in præfat. lib. 1. Phyſ. finis enim non dependet ab intellectu in agendis. ſed eſt aliquod reale independens. & proinde nullum genus poteſt eſſe finis, ut hic ſumitur, propter rationem prædictam.

De iis in quibus Beatitudo non ſit. Cap. 5.

In hoc capite obſervandum eſt

Fundamentum: quod conſiſtit partim

- In diſtinguendo fœlicitatem, quæ conſideratur vel
  - 1 *A prioris*, & in ſe.
  - 2 *A poſteriori*, & ſecundũ illud quod ab eo procedit: & dicitur voluptas, quæ eſt vel
    - *Corporis*, unde oritur opinio vulgi, qui in eo poſitam eſſe arbitrantur.
    - *Animi*, qui conſideratur
      - *In ſe*, & oritur opinio Philoſophorum in contemplatione poſitum eſſe aſſerentium.
      - *Apparenter*, & oritur opinio Politicorum, in honore ponentium.
- Non eſt in *voluptate*
  - 1 Quòd ſervorum more ſubjiciunt ſeſe voluptuoſi.
  - 2 Quòd eorum vita à beſtiis vix differt, cujus generis ſit Eudoxus et Epicurus. Lib. 1. cap. 2.

In

In Refutando opiniones illorum, ideoque
- Nec in *honore*
  1. Quia fœlicitas est illud quod est proprium; honor est in honorante, non in honorato.
  2. Quia fœlicitas expetitur propter se, honor in testimonium virtutis.
  3. Ex eorum sententiâ. quia expetunt gratiâ virtutis, ergo virtus est nobilior.
- Sed neque in *virtute*
  1. Quia potest esse non perfecta, ut in dormiente, quia non exercet operationes.
  2. Quia potest exponi calamitatibus.
- Nec in *Divitiis*
  1. Quia est vita laboriosa, & injuriosa, & vita minime vitalis, quod dicitur.
  2. Quia divitiæ inserviunt virtuti.

☞ Notandum fœlicitatem cõsiderari dupliciter, vel quoad
- *Essentiam*:
- *Essentiæ consequentia*, & eidem inservientia, cujus generis sunt hæc omnia: nam si consideretur
  1. *Fundamentum*, est beatitudo.
  2. *Perfectio*, est operatio.
  3. *Proprietas* ab ea emanans, voluptas.
  4. *Signum*, honor.
  5. *Instrumenta*, quæ inserviunt
     - *Acquisitioni*, ut contemplatio.
     - *Usui*, ut divitiæ, &c.

Dubitationes

1 *Dub.* Ethic. 7. cap. 4. 7. nihil prohibet fœlicitatem esse quandam voluptatem.

Resp. Hæc verba Aristotelis sunt accipienda in sensu *causali*, non *formali*, hoc est, fœlicitas producit voluptatem.

2 *Dub. Illud* est summum bonum quod summo malo opponitur; sed tristitia est summum malum, quia non solùm est malum in se, sed affert subjecti destructionem.

Resp. Utcumque in se est solummodo affectio mali, cui opponitur affectio boni, viz. voluptas: quod igitur destruit subjectum est per accidens, quia appetitur malum, ut sæpe videmus.

3 *Dub.* Dicit Aristoteles lib. 1. cap. 9. beatitudo est præmium virtutis: & honor est præmium virtutis. Lib. 4. cap. 3. Ergo constat in honore.

Resp. Præmium est duplex, vel
- *Primarium*, ita fœlicitas est germanum præmium solidæ virtutis.
- *Secundarium*, & vulgare, quod ab iis datur qui nihil habent majus, ita honor.

4 *Dub.* Præmium est illius cui debetur præmium, proculdubiò non illius qui dat. Ergo labitur prima ratio Aristotelica.

Honor consideratur tripliciter { Secundùm *Materiam*, quæ sunt merita. *Formam*, quæ est honor. *Signum*, quod est externa compellatio: itaque licet sit *materialiter* in *honorato*, non tamen *formaliter*: licet in illo quoad *possessionem*, in altero tamen quoad *collectionem*.

5 *Dub.* Fœlicitas consistit in complexione omnium bonorum, sed divitiis possunt acquiri omnia. Lib. 5.

Resp. Bona sunt, vel { *Externa.* *Interna*: Possunt acquiri forsan bona externa, sed non interna.

6 *Dub* Indiget fœlicitas bonis exterioribus, divitiis, viz. Ergo divitiæ sunt nobiliores virtutibus, omnis enim indigentia supponit defectum, à perfectiori supplendum.

Resp. Indiget { Quoad *Externum complementum*, & ornatum; sed non Quoad *Internam essentiam*, & operationem.

7 *Dub.* Quod summè appetitur est summa fœlicitas, constat autem divitias summè appeti, primò appetuntur ad infinitum: ut in avaris.

Resp. Quod debet summè appeti est fœlicitas, non omne quod appetitur: si autem in infinitum appetantur, hoc est, propter suam imperfectionem, quòd appetitum satiare non possint.

8 *Dub.* Fœlicitas potiùs in substantia quàm in accidente est statuenda, cùm sit ens perfectius & nobilius, cùm subsistat per se: at divitiæ, ut aurum, argentum, &c. sunt substantiæ, actio animi accidens, ergo.

Resp. Actio perfecta studiosi animi consideratur dupliciter, vel { *Absolutè*, in ratione subsistendi, & sic est imperfectius. *Comparatè*, ut ut { Allicit homines ad virtutis actiones. Est similitudo divinæ mētis, & ita est nobilius.

9 *Dub.* Id est magis dicendum esse fœlicitas, quod secundum essentiam mutari & impediri non possit, quàm quod possit, eò quòd fœlicitas debet esse perpetuum, constans, & incommutabile bonum: sed virtus cùm sit habitus, quoad essentiam, nec mutari possit, nec impediri; actio virtutis possit, ergo.

Resp. Actio duplex virtutis { *Transiens*, quæ mutari & impediri possit sublatis objectis, quibus ut mediis utitur: & talis actio non est fœlicitas. *Immanens*, quæ est firma, perfecta, & immutabilis bene operandi intentio seu meditatio, & talis nec mutari nec impediri potest.

10 *Dub.* Bonum quod per se sufficit est fœlicitas, per Arist. in hoc cap. sed virtus est bonum quod per se sufficit, nam virtus per se expetitur, adeoque hominem perficit, *lib. 2. Eth. cap. 7.* Ergo.

Resp.

Resp. Virtus cõsideratur aut constituta in
- *Habitu*, & ita hominem ultimâ perfectione non perficit.
- *Actu*, qui non distinguitur à fœlicitate: actus autem virtutis duplex est
  - *Externus*, per objectum.
  - *Internus*, per consilium, patientiam, &c. quæ semper fœlicem esse declarant, etsi nullum externum opus sequatur.

11. *Dub.* Bono nil melius 3. *Topic.* sed virtus est bonum, ergò illâ nil melius, ideoq; fœlicitas non est melior.

Resp. Secundum Boët. bono perfecto quoad
- *Essentiam*, nil melius.
- *Existentiam*, forsan aliquid esse potest melius: licet itaque fœlicitas non sit essentialiter bonum melius virtute, est tamen contingenter melius, quia magis perficit subjectum: non tamen negatur fœlicitatem esse essentialiter bonum in genere boni, sed in relatione subjecti, eò quòd tum virtus cum fœlicitas, subjectum ut accidentia respiciunt.

12 *Dub.* Dirigens est melius directo & nobilius: sed virtus est dirigens, & dat operationem bonam: ergo.

Resp. Dirigit operationem
- *Instrumentaliter*, virtus.
- *Principaliter*, ut
  - *Remotè*, ipsa anima.
  - *Proximè*, potentia ejus.

  Hæc autem forsan ipsa operatione sunt nobiliora, in
  - Ratione, aut
    - *Subsistendi*, cum ipsis inhæreat.
    - *Causandi*, effectivè, cum ab ea ut ab effectiva causa dependeat.

  Non ratione *Perficiendi*: nam licet ipsa anima perficiat essentialiter, non tamẽ tantum perficit ac fœlicitas, cùm anima etiam in ipsum ordinetur ut finem, & licet anima hominem magis perficiat, quantum ad suam essentiam, non tamen quantum ad operationem.

13 *Dub.* Fœlicitas cùm sit perfectissimum, nullo alio perficitur, sed operatione, ut habetur 10. *Ethic.* ergo non operatio, & per consequens virtus aut nihil.

Resp. Fœlicitas duplex est, alia
- *Aggregata*, quæ definitur à Boët. 3. de consolatione, esse status omnium bonorum aggregatione perfectus: & sic nullo perficitur extrinseco, sc. quod non sit pars ejus, cum ipsa ex his omnibus bonis integretur.
- *Simplex*, quæ est bonum unius hominis, quod est inter ea optimum quæ possunt homini convenire; quæ nullo meliori habet perfici, licèt extrinsecè multis perfici potest.

14 Bonum diuturnius est elegibilius & melius 5 *topic.* sed virtus est diuturnior operatione.

Resp. Vera est major in bonis { *Ejusdem speciei*, si cætera sunt paria. Non *diversa*, ut est in proposito.

Argumenta Senecæ & Ciceronis.

15 *Dub.* In illo magis consistit fœlicitas, quod est bonum non alio, sed seipso, quàm in eo quod alio bonum est, sed operatio virtutis non per se bona est, sed ideo est bona, quia procedit à virtute, nam secundum Arist. 2 Ethic. virtus reddit opus bonum, & virtus est bona seipsa, nam primo Ethic. quod voluptas, intellectus, virtus eligitur nullo adveniente: Ergò.

Resp. Negatur Minor Propositio, etenim operatio dicitur bona { *Effectivè*, { *Proximè*, ratione potentiæ animæ liberæ. *Remotè*, ratione ipsius animæ. *Formaliter*, ratione propriæ naturæ. *Dispositivè* solùm & determinativè ratione virtutis, eò quòd determinat potentiam, quæ ex se ad omnem actionem libera est, ad bene operandum.

16 *Dub.* Id quod est homini optimum est humana fœlicitas, illud ergo magis est hominis fœlicitas, quo magis dicamus hominem simpliciter bonum, sed virtute magis dicamus hominem simpliciter bonum, quàm operatione, eò quòd sicut ex mala operatione non necessariò aliquis malus dicitur 5 *Ethic.* ita nec ex bona operatione bonus, sed ex habitu virtutis, secundum Arist. 2 *Ethic.* ergo.

Resp. Sicut est aliqua mala operatio quæ procedit ex { *Passione* solùm, nec ex illa potest aliquis malus appellari, quia solum sensitiva pars est inordinata, modo pars superior, sc. ratio & voluntas non sit infecta. *Electione*, & ex illa dicitur simpliciter malus, eò quòd pars superior infecta atque corrupta est, electio enim est rationis, & voluntatis operatio, non habitus: vult quidem igitur Aristot. quòd operatione non quidem sensûs aut appetitûs sensitivi, sed rationis & voluntatis dicitur homo simpliciter malus & bonus.

☞ Opera virtutum sunt duplicia, nã quædam sunt ab ip- { *Elicita*, & ei immanentia, ut ratiocinari, judicare, eligere, & omnino velle, vel appetere. *Imperata*, & in membra corporea, vel in res exteriores transeuntia, sicut dare pauperibus, bellare contra inimicos, unicuique quod suum est tribuere, &c. vel loquendo *privativè*, à delectationibus abstinere, nemini injuriam inferre, &c. quantum autem ad hos actus transeuntes manifestum est, quod non sint aut actibus immanentibus, aut ipsis virtutibus meliores: actus enim immanentes sunt imparantes & dirigentes, actus transeuntes imperati & directi, virtus, media: actus immanentes ultimâ interiùs ipsam animam perfectione perficiunt, actus autem transeuntes eam solum exteriùs decorant: illorum autem bonorum

ſa virtute, aut à potentia in qua virtus exiſtit, aut

norum quæ interius ſubjectum perficiunt, illud eſt nobiliùs, quod propinquiùs attingit objectum, actus autem magis & interiùs objectum attingit, quam virtus, interiùs enim Deum intuemur actuali contemplatione, quàm habituali ſapientiâ: ergò.

Præterea cæteris paribus cauſa eſt cauſato nobilior, ſed operatio magis eſt cauſa virtutis, quã virtus operationis, nõ poteſt enim virtus generari niſi ex bonis operibus: at operationes bonæ poſſunt abſque virtute fieri, libero enim arbitrio abſque virtute bonam elicere poſſumus operationem, non ergo eſt virtus bonæ operationis cauſa neceſſaria, ſed ſic confert, quia dirigit potentiam ne male agat, & ipſam confirmat, ut ſemper promptè, & delectabiliter bonam eliciat operationem, quàm tamen licet rarò ſine virtute poſſet elicere.

Porrò ex his quæ in noſtra poteſtate ſunt laudandi ſumus aut vituperandi: igitur ex his bonis & malis, quæ magis in noſtra ſunt poteſtate, magis laudandi, & vituperandi ſumus: operationes autem ſunt magis in noſtra poteſtate, quàm virtutes, operationum enim ſumus domini à principio uſque ad finem virtutum, non niſi à principio, ergo laudandi ſumus, aut vituperandi magis ab operationibus, quàm ab habitibus, ſed illud eſt meliùs quo ſumus magis laudandi, Ergo.

Veritatem amicitiæ præferendam. Cap. 6.

In hoc tractatu obſervantur

Fundamentum, quod conſiſtit partim in

1 *Definendo* veritatem, eſt enim conformitas noſtræ cognitionis aut ſermonis ad rem; & hæc veritas eſt perfectio & bonum noſtri intellectûs. 6. *Ethic.* propter quod ſemper intellectus noſter deficit à complemento ſuæ perfectionis, quamdiu falſis opinionibus erit informatus.

2 *Diſtinguendo* amicitiam, ipſa enim triplex eſt 8. Ethic. aut quidem propter

1 *Utile*, } & iſtæ amicitiæ poſſunt quandoque eſſe pravæ, & inter pravos, & ideo non eſt mirum, ſi veritas talibus amicis & amicitiis præferatur.
2 *Delectabile*, }

3 *Honeſtum*, quæ ſola eſt amicitia ſimpliciter, nec poteſt eſſe mala, aut inter malos, 8. & 9. Ethic. eſt enim virtus quædam, vel cum virtute ſemper 8. Ethic. Unde apparet quòd nullus amicorum vellet ſuſtinere, aut proferre ſcienter falſum aliquod; cùm enim Amicitia ſit mutua, & non ſine virtute, manifeſtum eſt quòd ipſa in neutro amicorum ſtare poteſt cum vitio ſibi imputabili.

3 *Ostendendo* causas quibus veritas authoritati & amicitiæ est anteponenda: præferēda est enim tum propter

1 *Dignitatem subjecti*; nam veritas est in *intellectu*, amicitia est in *appetitu*.

2 *Æternitatem principii*; nam solùm à Deo fluit; amicitia verò & authoritas sæpe ab humana voluntate dependent.

3 *Stabilitatem & constantiam boni*; nam veritas est bonum per se, amicitia autem & authoritas per accidens.

4 *Excellentiam medii*; nam veritas per contemplationem primæ causæ, quæ est simplex & æterna veritas, mentem ad fœlicitatem dirigit, at amicitia & authoritas id non præstant.

5 *Communitatem & simplicitatem naturæ*; nam veritas & ad omnes pertinet, & omnibus vacat affectibus; quorum neutrum in amicitia & authoritate cernitur.

Dubitationes

1 *Dub.* Veritas odium parit, Ergo est postponenda amicitiæ, quæ homines in studio amicitiæ continet, secundum Arist. in magnis Moral.

Resp. Negatur ratio, nam illud malum contingit non ex actione veritatis, sed ex corruptione hominis, cujus ulcera lanceâ veritatis tacta recrudescunt.

2 *Dub.* Amicitia magis conservat Rempublicam, quàm veritas, nam secundum Arist. 8. Ethic. cap. 1. ipsam magis conservat amicitia, quàm Justitia, Ergo quàm veritas, ideo est ei præferenda.

Resp. Negatur Antecedens; nam vinculum amicorum in studio virtutis conspirantium est ipsa veritas. Cum autem dicat Arist. 8. Ethic. quòd magis versentur legum-latores circa amicitiam quàm æquitatem, non Civilem sed naturalem Justitiam intelligit.

3 *Dub.* Amicitia est omnibus rebus humanis anteponenda, secundum Ciceronem in libro de Amicitia. Ergo veritati.

Resp. Est anteponenda omnibus rebus humanis { Non *simpliciter*, quia non fœlicitati. Sed *fluxu* & *caducis*.

4 *Dub.* Debemus maximum amorem amico, eò quòd est alter ipse 9. Ethic. cap. 4. text. 6. & amicorum idem est velle & nolle 9. Ethic. cap. 4. text. 2. at quod maximè amamus præferre debemus.

Resp. Quilibet tenetur & seipsum & amicum maximè præferre sub conditione virtutis, nam malum & turpe agere nemini licet, etsi exquisitissimi cruciatus & tormenta proponantur, lib. 3. cap. 1. Ethic.

5 *Dub.* Sine amicis aliquis non eligeret vivere habens alia bona omnia, lib. 8. Ethic. cap. 1. text. 1. Ergo est maximè præferenda amicitia.

Resp. Verum est, nemo eligeret vivere sine amicis, potiùs quàm cum amicis, aliud enim est non eligere vivere sine amicis, aliud est eligere non vivere sine amicis.

6 *Dub.* Amicitia est præferenda Justitiæ, quæ est virtutum præclarissima, 5. Ethic. cap. 1. eò quòd secundum Arist. 8. Eth. cap. 1. amicis existentibus nihil opus est Justitiâ, at justi indigent amicitiâ. Ergo.

Resp.

Resp. Justitia duplex
- *Legalis & communis*, cui non est præferenda amicitia, cùm sit virtutum regina, secundum Arist. 5. Ethic.
- *Punitiva* et *particularis*, et isti præfertur amicitia.

2 *Resp.* Vel dicendum quòd Arist. loquitur de Amicitia civili, quæ consistit in concordia civium, quæ præfertur quidem Justitiæ
- Non quantum ad *excellentiam virtutis*; meliores enim fiunt cives Justitiâ.
- Sed quantum ad *pacificam vivendi rationem*, eò quòd tranquillius possint per ipsam vivere invicem, quàm eâ sublatâ per severam Justitiæ administrationem.

Bonum separatum aut Ideam non esse Fœlicitatem.

In hoc tractatu observare convenit

In explicando triplicem modum imaginandi separatum bonum; quod intelligi potest esse commune, aut per
1. *Prædicationem quidditativam* de omnibus particularibus bonis; ita quòd sit quidditas omnium particularium bonorum: & hoc quandoque videntur sonare verba Platonis.
2. *Rationem exemplaris*; ita ut si non sit quidditas omnium bonorum particularium, quod est tamen formale exemplar omnium illorum ejusdem cum iis rationis, differens solùm ab iis, quia existit sine materia, & alia sunt in materia, ad quod omnes artes quodcunque bonum intendentes aspicientes possunt meliùs intentum bonum adipisci: quem etiam modum videntur interdum verba Platonis sapere.
3. *Rationem finalis causæ*; quòd illud bonum separatum sit omnium aliorum finale bonum, gratiâ cujus cætera sunt & operantur, quod est totius naturæ primus princeps, quod nec de aliis prædicatur, nec est ejusdem cum iis rationis, omnia cætera bona *virtualiter*, eminenter tamen includens.

In distinguendo quadruplicem modum, quo fœlicitas in aliquo dicitur esse, dicitur enim esse in aliquo aut quidem
- *Effectivè*, & sic in virtute tanquam in causa efficiente continetur.
- *Formaliter*; & sic in perfecta in virtutis operatione consistere dicitur.
- *Subjectivè*; & sic in homine inhærere indicatur.
- *Objectivè*; & sic ad Deum refertur: cùm enim fœlicitas humana sit operatio hominis secundum virtutem perfectissimam, cujusmodi sunt virtutes morales & Intellectuales, inter quas sublimior est Sapientia 6. Ethic. Oportet quòd fœlicitas sit operatio secundum Sapientiam; sicut etiam in 10. Ethic. docetur. Constat

ſtat autem quòd Sapientia & opus ejus conſiſtunt objectivè circa primas cauſas, & ſpecialiter circa illud, gratiâ cujus omnia ſunt, qui eſt ipſe Deus.

Notandum quod conſiſtit fœlicitas in bono ipſo, & quidem
- *Conjuncto*, ſc. & in
  - *Virtute*, ut fundamento & radice.
  - *Actione* virtutis, ut formâ.
- *Separato*, & univerſali
  - Non aut per *rationẽ* ſc.
    - *Prædicationis*. ut Plato imaginatus eſt de ſuis
    - *Exẽplarii*. Ideis
  - Sed per eſſentiam ſc. in Deo, eſt enim una fœlicitas &
    - *Dei*, per eſſentiam atque primò.
    - *Intelligentiarum*, per participationem Dei.
    - *Hominis*, participatione Dei & Intelligentiarum.

Notandum quod ſi quis vellet Platonẽ diſtinguere, quòd Plato ſenſit aliam eſſe Ideam
- *Abſtractam* & infinitam, quam Plato primam Ideam & cauſam omnium appellat, nempe mentem illam divinam.
- *Conjunctam* & *determinatam*, mentique inhærentem aut
  - *Divina*; quæ eſt ratio ſeu exemplar, ſecundum quod omnia hæc inferiora aptiſſimo ordine fabricantur; & has conſtituit Aver: in 12. Met: nec facilè poteſt ratio tantæ diverſitatis rerum dari, niſi diverſæ earum Ideæ ſeu formæ à rebus ipſis ſeparatæ in Deo conſtituantur.
  - *Humana*; quam Plato ſecundam Ideam & cognitionem primæ cauſæ in nobis conſtituit. illam primam in *æternitate*, hanc ſecundam in mortalitate noſtra acquiri poſſe judicavit.

Quod autem ad ſperationem Idearum ſpectat, vult Plato ipſas eſſe ſeperatas ſecundum eſſe
- *Virtuale*.
- *Non formale*.

2 Concluſio, quæ eſt, quòd fœlicitas conſiſtit formaliter in bono ſeparato, quia fœlicitas in eo formaliter conſiſtit, quà homo eſt formaliter fœlix. Sed nullo ſeparato exiſtit formaliter fœlix: ſicut nec paries dicitur albus per albedinem ſeparatam ab eo. Præterea fœlicitas poteſt noſtris acquiri actionibus, bonum ſeparatum non poteſt. Ergo.

Dubitationes iſtæ.

1 *Dub.* Fœlicitas conſiſtit in ultimo fine hominis, qui eſt Deus: ergo in bono ſeparato

Reſp: Fœlicitas humana conſiſtit in Deo, ut in
- *Objecto*; cùm Deus ſit objectum contemplationis hominis quæ eſt ejus fœlicitas: nec tamen eſt ipſe bonum ſeparatum de quo loquitur Plato, ſed Idea quidem abſtracta exemplar bonorum particularium in divina mente poſita.
- Non *formaliter*: ſed in actione virtutis.

2 *Dub.* Eſt aliquid optimum ſeparatum. Ergo. Antecedens eſt in 12. Metaph.

Reſp. Licet ſit aliquid optimum ſeparatum, non tamen inde ſequitur ipſum eſſe ſummum bonum hominis:

Vel

Vel si concedatur esse ejus bonum, illud tamen sit sc.
- *Per partitionem suæ virtutis*, solùm, quæ omnia replet; ideo bonum universi appellari debet.
- Non *per se & formaliter*, quomodo operatio virtutis bonum hominis existit.

3 *Dub.* Deus est finis gratia *cujus*, & operatio animi secundum virtutem solum finis *quo*, cum referatur ad Deum. Ergo potiùs consistit in Deo qui est bonum separatum.

Resp. Fœlicitas est finis &
- *Quo*, respectu *Dei*, qui est finis omnium rerum simpliciter ultimus.
- *Gratiâ cujus*, respectu *operationum* & earum perfectionum, quæ possunt inesse formaliter *homini*. est enim operatio inter omnes humanas perfectissima.

4 *Dub.* Intelligentiæ inferiores perficiuntur per superiores secundum Aver: 12. Met. Ergo Fœlicitas intelligentiæ inferioris in extrinseco consistit, sc. in superiori intelligentia. & nulla assignari potest ratio, quare illud non tam in hominibus teneat, quàm in Intelligentiis. Ergo.

Resp. Negatur consequentia, existimavit enim Aver: ut est apud eum in 3. de Anima com 39. & in lib. de Fœlicitate, Intelligentiam superioris orbis esse ipsius inferioris formam.

Vel dicendum, superiorem Intelligentiam esse perfectionem inferioris, non per suam essentiam, sed virtutem: sicut Deus omnium forma esse dicitur. Si verò vellet Aver: Intelligentiam superiorem esse formalem inferioris perfectionem, absolutè sine glossâ est neganda ejus authoritas.

Fœlicitatem esse bonum sufficientissimum.

In hoc tractatu observantur.

Fundamentum, quod consistit partim in
- *Distinguendo* bonum sufficiens; ipsum enim vel est
  - *Absolutum, divinum, theoricum, incommutabile*: & sic Deus solum bonum sufficiens dicitur.
  - *Comparatum, humanum, Politicum*; quod respectu omnium bonorum in circuitu aut stadio hujus vitæ per nostras operationes est perfectissimum: & sic fœlicitas est bonum sufficiens, ut Conclusionibus sequentibus ostenditur.
- *Explicando* proprietates fœlicitatis, nam ex 1. Eth. cap. 7. debet novem habere proprietates fœlicitas; nempe & ut sit
  - 1 *Optimum*: ad quod notandum, quòd fœlicitas accipi potest aut quidem
    - *Compositè*, per statu maximè eligendo, quem homo potest habere, constituto sc. ex his omnibus quæ vir bonus mallet habere, quàm non habere.
    - *Simpliciter*, pro uno bono simplici quod est optimum omnium bonorum quæ sub humano usu cadunt. Fœlicitas ergo primo modo sumpta est summum bonum per aggregationem omnium bonorum humanorum, & est melior & eligibilior fœlicitate secundo modo dicta, sic enim in 1. Eth. dicit Arist. quòd licèt ipsa sc. simplex fœlicitas nullo altero bono connumerata sit alio-

rum eligibilissimum; tamen ipsa connumerata cum minimo bono erit adhuc eligibilior.

2 *Ultimus finis*, idque quidem
- Non *simpliciter*, ipse enim Deus est.
- Sed in genere *humanorum bonorum*; nec tamen inde sequitur quod sit nobilior homine; debet enim finis necessariò nobilior esse
  - Non ipso *operante*, licet illud etiam forsan concedi potest, ut suprà, sumendo, ipsam, ut est primi summique boni simpliciter similitudo.
  - Sed *operatione* destinatâ in illum finem.

Vel dici potest Fœlicitatem esse finem *quo* hominis, hominem finem gratiâ *cujus* fœlicitatis, Deum finem gratiâ *cujus*, utriusque.

3 *Eligibile propter se*, & nõ propter aliud. aliquid est enim eligibile, vel
- 1 *Propter aliud tantum*; ut in medicina potiones & cibi, quæ faciunt vel conservant sanitatem, vel removent contraria; sunt enim ob aliud tantùm, quia ob sanitatem.
- 2 *Propter se*, idque vel
  - *Simpliciter*, & absolutè, ut fœlicitas.
  - *Secundum quid*, & comparatè, ut virtus. quod est quasi medium inter ea quæ sunt per se simpliciter, & ob aliud tantùm; nam natura non transit ab extremo in extremum, nisi per medium.

4 *Tale quòd omnia alia humana bona gratiâ ejus eligantur*, eò quòd perfectio hominis consistit in debita omnium bonorum suorum ordinatione, quæ in hoc attenditur, quòd omnia in ultimum finem ordinantur, & ipsius gratiâ eliguntur.

5 *Perfectissimum*, cum à nullo alio extra ipsum habeat excellentiam in genere humanorum bonorum, quod aptum est de fœlicitate compositâ, & apparet etiam de simplici, cum ipsa virtualiter virtute finis contineat omne bonum humanum, cum omnia alia gratiâ ipsius sint bona & eligibilia.

6 *Delectabilissimum* 7. & 10. Ethic. cum enim delectatio sequitur operationes potentiæ cognoscitivæ circa objectum sibi conveniens, & quanto potentia erit optimè disposita, objectumque convenientissimum, tantò erit maxima delectatio; fœlicitas autem est

operatio
1 *Optima potentia*, quæ sit in homine, scilicet Intellectûs.
2 *Secundum optimam ejus dispositionem*, quia secundum virtutem perfectissimam.
3 *Respectu objecti convenientissimi*, scil. Dei. 10. Ethic.

7 *Pulchertimum*, nam propriè capiendo pulchritudi-
- *Totius*, debita in omnibus suis membris & partibus membrorum, secundum debitam rationem, & ad se invicem, & ad totum: & hoc modo fœlicitas aggregata dicitur pulchertima, quoniam in statu eligibilissimo hominis, qui est ipsa fœlicitas, necesse est omnia optimè se habere:

Partis

nem, ipsa vel est dispositio exterior

Partis alicujus debita, prout congruit ad ejus operationem propriam, & ad operationes totius & cujuslibet partium excerpendas: & sic fœlicitas simplex est pulcherrima, est enim ipsa pars totius statûs hominis, & secundum seipsam optima, & respectu aliorum perfectissima.

8 *Sufficientissimum*, quod patet & de fœlicitate

Aggregatâ sine aliquo dubio.

Simplici

Non quoad explendum appetitum, quia ipsum forsan universaliter non satiat.

Sed quidem aut

1 Respectu aliorum *simplicium bonorum*, est enim melior, sufficientior, appetibilior omnibus aliis. Si tamen ipsa per se sumpta comparetur ad ipsammet [fœlicitatem aggregatam, non est sufficientissima.]

2 Respectu *ejus propter quod est prima in intentione*; ipsa enim, quum sit ultimus finis, non est prima intentione nisi propter se, licet forsan quoad illud propter quod ipsa esse dicitur secunda intentione, ut indigentibus subvenire, omnibus benefacere, *&c.* ipsa non sit sufficiens, nam ad hæc indiget divitiis, & amicis & pluribus aliis.

3 Respectu *efficiendi hominem bonum & optimum*; sed non quantum ad actuale seu extrinsecum decoramentum illius bonitatis.

4 Respectu *objecti*, scil. Dei, eò quòd habeat Deum pro objecto, qui est bonum sufficientissimum, tum quia in perfectissima contemplatione ejus maximè perficitur.

Rationes, quibus ostendit Arist. beatitudinem esse bonum sufficiens; illud enim ostendit tum

1 Ab *imperfectione aliorum finium*, qui ad fœlicitatem, ut ad suum terminum, referuntur.

2 A *continuatione ejusdem*, cùm sit perpetuum & incommutabile.

3 A distinctione boni, aliud enim est bonum

ut bonum

1 *Per se*, ut virtus.
2 *Propter se*, ut fœlicitas.
3 *Per accidens*, { *Naturâ.* / *Fortunâ.*

4 A perfe-

4 A perfectione & quiete, quâ per illam fruitur beatus.
5 A remuneratione, quoniam { Fœlicitati honor / Virtuti laus solùm } debetur.

Dubitationes

1. *Dub.* Requirit Arist. in hoc cap. quòd Fœlicitas non solùm fœlici, sed etiam parentibus, liberis, conjugi, amicis & civibus sufficiat. at fieri non potest ut unum bonum tot satisfaciat. Ergo Fœlicitas non est sufficiens bonum.

Resp. Duo considerantur in fœlici { *Actus virtutis immanens*, quo essentia fœlicis perficitur, & hoc habet à virtute. / *Objectum actionis transeuntis*, quod non ad fœlicis *essentiam* & habitum, sed *existentiam* et ornatum spectat. de hac autem actione quæ ab objecto quod à fortuna habet loquitur *Philosophus*, in qua si detur facultas, fœlix suis deesse non debet; sin verò desit quo minùs magnificè agat, non tamen minùs *essentialiter* fœlix dicitur.

2. *Dub.* Si bona externa non necessariò requirantur ad fœlicitatis essentiam, tum nihil esset discriminis inter activam & contemplativam fœlicitatem. quod falsum est. Ergo.

Resp. Nihil est inter activam & contemplativam fœlicitatem discriminis in earum { *Essentiâ*; eò quòd utraque in perfectissima mentis operatione, & meditatione virtutis consistit. / Sed *Existentiâ*, eò quòd requiritur ad præditum fœlicitate quidem { *Activâ*, non quòd semper agat, sed quod agere decorè possit si detur occasio. / *Contemplativâ*, non quòd agere possit, cum in sola contemplatione ex officio vitam degat. }

3 *Dub.* Actio virtutis est laboriosa; est enim laboriosum invenire medium, & admodùm difficile esse studiosum 2. Ethic. cap. ult. tex. 4. Ergo non est sufficiens bonum.

Resp. Actio virtutis { *Externa* laboriosa est, sed in ea consistit ornatus, non essentia fœlicitatis; & licet sit laboriosa, est tamen pulcherrima, & maximè delectabilis, radix virtutis amara, fructus dulcissimus, inquit Isocrates. / *Interna*, in qua consistit fœlicitas, quæ omni labore vacat.

4 Anima est bonum; sed fœlicitas appetitur propter animam, ergo propter bonum, et proinde propter finem. ideo non est sufficiens bonum. Minor est in 10. Ethic.

Resp. Negatur argumentum propter mutationem suppositionis *boni*. aliud enim est quod appellatur *bonum* { *Intrinsecum*, constituens & naturale, quod à Deo in esse suo dependet. / *Extrinsecum*, perficiens, & accidentale, quod ab operationibus humanis dependet.

Appetitur autem fœlicitas propter ipsam animam { Non ut propter *finem & objectum*, ut ab ea perficiatur fœlicitas. / Sed ut propter *sedem & subjectum*, ut ipsam exornet & perficiat.

5 Illud

5 Illud est sufficiens bonum quod facit vitam nullo indigentem, sed habità fœlicitate indigemus multis, ut cibo & potu. Ergo.

Resp. Si loquamur de fœlicitate { *Aggregatâ*, iis non indigemus. *Simplici*, negatur argumentum. non enim dicitur sufficientissimum, quia omnia absolutè ministraret; Sed quod inter omnia humana bona non est aliquid unum quod tantùm sufficit.

6 *Dub.* Fœlicitas non satiat appetitum, quia illa cum minimo bono conjuncta sit eligibilior. secundum Arist. in hoc libro. Ergo.

Resp. Fœlicitas dicitur sufficientissimum bonum { Non respectu satietatis appetitûs. Sed respectu aliorum bonorum humanorum.

7 *Dub.* Fœlicitas indiget bonis exterioribus 1. Eth. cap. 8, tex. 9. & 10 Ethic. cap. 8. tex. 2. Ergo.

Resp. Indiget ad { *Perfectionem ornatûs*, quæ in externis consistit actionibus corporis. Non *rationem essentiæ*, quæ in internis consistit operationibus animæ.

8 *Dub.* Unicum bonum non includit voluptatem, honorem, & virtutem, secundum Arist. in hoc cap. Sed fœlicitas illa includit. Ergo.

Resp. Loquitur de fœlicitate { Aggregatâ. Non simplici.

An Eligibile propter se tantùm sit melius eo quod est eligibile propter se & propter alterum?

1 *Dub.* Eligibile propter se & propter alterum est bonum propter se & amplius, ergo est melius eo quod est propter se tantùm.

Resp. Negatur consequentia, eò quòd non est æqualis bonitatis, ut appetitur propter se, sed minoris: verum tamen esset, quòd si fœlicitas esset bonum propter se & aliud, esset eligibilius bonum, quàm si esset bonum propter se solùm, eò quòd est æqualis sibi ipsi perfectionis, ut propter se expetitur.

2 *Dub.* Deus est propter se & propter aliud, (cùm tamen sit summum bonum.) nam omne habens opus est gratiâ operis, secundum Aristol. 2. de Cœlo. Ergo.

Resp. Deus est { *Propter se* primâ intentione. *Propter opera* secundâ intentione, sed hîc quæritur de eo quod est propter alterum primâ intentione, non secundâ, nam hoc *perficit*, illud *minuit* rationem boni.

☞ Electio sumitur aut { *Propriè* pro consilio de iis quæ sunt ad finem, sicut de ea determinatur in 3. lib. Eth. Sic hîc non capitur. Pro appetitu, & eligibile pro appetibili, sic hîc capitur.

Appeti autem
- *Propter alterum* contingit aut
  - *Secundum naturam*, & sic semper minus bonum propter majus bonum eligitur: & sic hîc sumitur [appeti propter alterum.
  - *Prater naturam*, sic autem magis bonum propter minus per appetitum distortum appeti potest, sicut avarus Deum propter nummum, sic hic non sumitur.
- *Propter se*, & non propter alterum contingit dupliciter, vel per carentiam
  - *Superioris boni*, quia istud quod appetitur non habet supra se majus bonum, propter quod secundum naturam possit appeti, sicut fœlicitas propter se, & non propter alterum appetitur.
  - *Interioris aptitudinis*; quia bonum quod appetitur non est aptum secundum se ordinari ad majus bonum, licet habeat supra se majus bonum: quod autem hoc modo est propter se tantùm appetibile, potest esse eo ignobilius, quod propter aliud expetitur: sicut Ethica est Geometriâ præstantior: licèt hæc propter se solùm, illud propter aliud expetatur.

Notandum quod fœlicitas potest tripliciter capi, aut quidem pro
1. *Objecto fœlici*, ipsum autem est duplex
   - *Essentiale*, quod unum solùm est: sicut enim unum est principium effectivum à quo traxit homo originem, ita est unum finale bonum in quo essentialiter & ultimatè accepturus est beatitudinem, qui est ipse Deus.
   - *Accidentale*, quod est multiplex: omnia enim ea dicuntur objecta fœlicitatis accidentalia, quæcunque possunt gaudia recta fœlicitatis augere, quæ sunt plura.
2. *Statu fœlici*, qui etiam est unus dupliciter, aut unitate
   - *Integritatis*, & sic fœlicitas etiam dicitur unum bonum: licet enim ex multis bonis confletur, tamē dicitur unum, idque autem
     - Non *intrinsecè* ex unitate ipsius rei.
     - Sed *Extrinsecè* & unitate
       - *Efficientis*, à quo proveniunt, qui est Deus.
       - *Finis*, in quo continentur virtualiter, qui est fœlicitas.
       - *Subjecti*, in quo inhærent, qui est homo.
   - *Simplicitatis*, quomodo revera unus dici non potest, quoniam ad statum fœlicem requiruntur perfectiones intellectûs, & appetitûs intellectivi, & appetitûs sensitivi, & sensuum & membrorum corporis quæ plura sunt.

- 3 *Summo bono* inhærente homini, quod potest sumi aut
  - *Præcisè* pro summo bono homini inhærente, quod necessariò est unum in homine, scil. virtutis operatio multiplicata, non unica.
  - *Compositè*, & communiter pro summo bono qualitercunque inexistente, quomodo finis
    - 1 *Cujusque formæ accidentalis* inhærentis homini, sive sit actus sive habitus est ipse homo, scil. finis cui, non gratiâ cujus.
    - 2 *Hominis*, est bonus homo, seu homo fœlix.
    - 3 *Hominis vita*, fœlix vita humana, ita quod istud aggregatum ex vita naturali & accidentali bonitate superadditâ est summum bonum inexistens hominis istud autem duo includit, bonum naturale, & superadditum accidentale.

De definitione fœlicitatis. Cap. 7.

In hoc capite convenit observare & quidem *Fundamentum*, quod consistit partim in *Divina*, & Theorica, quæ est ipse Deus, qui fœlicitas communis omnium dicitur, eò quòd cætera solummodo in tantum dicuntur fœlicitatem habere, pro quanto mentis illius excellentissimæ similitudinem gerunt.

Distinguendo fœlicitatem, quæ duplex est, aut quidem ipsa
- *Humana*, quę est duplex, vel
  - *Simplex*, quæ est aut
    - *Activa*, quæ hîc definitur.
    - *Contemplativa*, quæ in decimo libro tractatur.
  - *Aggregata*, quæ talis dicitur, aut
    - *Extrinsecè*, quia est totius civitatis: & sic ratione subjecti, quę in lib Politicorum tractatur.
    - *Intrinsecè*, ratione suarum partium, scil. bonorum animi, corporis, & fortunæ: de qua etiam in hoc libro dicitur.

Definiendo fœlicitatem per
- *Propositio*, definitur enim fœlicitas Actio animi perpetua in vita perfecta.
- *Interpretatio* nominum, intelligitur enim
  - 1 *Actionem*, motus & operatio virtutis.
  - 2 *Animum*, intellectus & voluntas.
  - 3 *Perpetuam*, in agendo constantia,
  - 4 *Vitam perfectam*, in perseverando patientiæ & prudentiæ anchora.

licitatem

licitatem de qua re observantur & ipsius definitionis { *Declaratio* totius sensus definitionis; dicitur enim fœlicitas { [*Actio*] & quidem { *Immanens*, secundum fœlicitatis essentiam. *Transiens* in objectum, secundum existentiam. [*Animi*] scl. { *Principaliter* animi. *Immediatè* partim & { *Intellectûs*, respectu rationis. *Voluntatis*, respectu liberæ potentiæ. [*Perpetua*] id est, perfecta ab usu rationis. [*In vita perfecta*] id est, secundum imperium rationis & virtutis disposita, directa, & gubernata.

☞ *Immanentem* actionem esse dico quoad essentiam, quia si naturam spectemus, in bonis solùm internis ponitur: *transientem* etiam addo quoad existentiam, quia si usum consideres, in bonis externis cernitur: *actionem animi*, id est, tam intellectûs quàm voluntatis interpretor, intellectûs respectu *rationis*, voluntatis respectu *potentiæ & libertatis*: hæc autem interpretatio constat ex verbis Aristot. in 8. *cap.* 1 *Ethic.* ubi bona animi sola necessaria ad fœlicitatem esse concludit, reliqua tamen ut ornamenta requirit, & in 10 docet, externa bona sublata fœlicitatem labefactare, sed non tollere & delere; tum enim maximè splendescit (inquit) fœlix, cùm maximas erumnas & Tragœdias fortunæ perferat.

Notandum quod in fine hujus capitis definitur fœlix, qui est undique quadratus homo, in arce quasi virtutum vigil, constans & sapiens: vigil ne securitatis, constans ne levitatis, sapiens ne temeritatis aliis exemplum præbeat. Vel definiri potest fœlix, vir perfectus moribus, qui justè vivere, & benè mori seriò & semper meditatur

2 *Conclusio*, quæ est quòd hujusmodi operatio est fœlicitas, etenim operari secundum virtutem est melius & excellentiùs, quàm habere virtutem & non operari secundum eam: ergo operatio virtutis est habitu nobilior, & per consequens est fœlicitas.

Dubitationes.

1 *Dub.* Opus & operatio differunt sicut domus & ædificatio: sed fœlicitas in textu hominis opus dicitur; ergo malè definitur actio seu operatio.

Resp. Est fœlicitas & hominis quidem { *Opus*, quia multis actionibus acquiritur. *Operatio*, quia in perpetuum agendo continuatur.

2. *Dub.* Sæpiùs contingit hominem operari, & iterum esse sine operatione; itaque si in operatione consisteret fœlicitas, contingeret etiam sæpè in eodem die eundem hominem esse fœlicem & miserum, ergo.

Resp. Miseria fœlicitati opponitur vel quidem { *Contrariè*, & sic esse miserum non est idem quod fœlicitate carere; sed est esse malitiis & malis operibus irritum. *Privativè*, & sic propriè est carentia fœlicitatis in subjecto apto nato, & quando & quomodo aptum natum est frui ipsa fœlicitate: ipsa autem carentia potest esse vel actûs fœlicitatis vel habitûs: neutro quidem modo potest fœlix miser appellari non

non enim sufficit carentia actûs ad denominandum miserum; habitum autem fœlicitatis etiam dormiens fœlix retinet.

2 *Resp.* Quemadmodum accidens semper in esse definitur, non quòd semper inhæreat, sed quòd semper inhærere possit: sic fœlicitas perpetua definitur actio, non quòd fœlix semper agat, sed quòd semper agere possit, & velit si detur occasio; & licèt edat, bibat, dormiat sapiens, unde actio intermittitur, non tamen inde miser dicitur, quippe etiam in his mens bene occupatur: ut, ergo Sol semper influit, etsi nube à conspectu nostro aliquando obumbretur, ita animus beatus perpetuò agit, etsi corpus somno obruatur.

3 *Dub.* Per dimidium vitæ nos non distamus à miseris secundum Aristot. in hoc libro: ergo.

Resp. Beatos à miseris distare per dimidium vitæ dicitur
- Non *re ipsa*, sunt enim semper beati.
- Sed *opinione multitudinis*, quæ habitum & immanentem actionem in somno penitus extingui existimant, cùm solùm actio transiens impediatur.

Quomodo intelligitur quod in fine cap. dicit Philosophus Principium operis esse plusquam medietas operis.

Notandum, qd principium, sc. Met. dicitur vel principium
- In *esse* vel quidem sicut
  - *Potentia*, & sic est materia.
  - *Actus*, & sic est forma.
  - *Compositum*, ex actu & potentia, & hic est prima pars compositi.
- In *fieri*, quod est quidem vel
  - *propter quod* fit motus, & sic est finis.
  - *per quod* fit motus, & sic est terminus.
- In *Cognosci*, qd est aut via
  - *Doctrinæ*, & sic sunt illa quæ sunt nobis maximè nota.
  - *Scientia*, ut sint illa quæ sunt natura notissima. Notandum autem & de principio in *esse*, qd est prima pars rei factæ, & de principio in *cognosci*. Notandum itaq; & quòd
    - Pars prima potest comparari ad partes reliquas, & secundum quantitatem
      - *Perfectionis* & magnitudinis, & in illo sensu non loquitur *Philosophus*, quoniam illa evidenter est finis, non principium.
      - *Difficultatis*, ipsa autem difficultas potest referri, vel ad
        - *Opus*, & ita adhuc non est verum; quia multa opera sunt secundum se difficiliora in medio & termino, quàm in principio.
        - *Operans*, & sic verum est. Notandum itaq; quòd
          - *Scire*, operans enim ante operationem primæ partis, scit totum ferè opus.
          - *Velle*, ipse autem ante operationem primæ partis apud

ad operans requiruntur tria, pud se statuit totū perficere. *Posse*, eò qd in parte prima est exitus potentiæ ab otio, quod magis est quàm exercitium continuare.

Principii in *cognosci* potest sumi dupliciter, aut secundum *Quantitatem*, & sic non est verum, quia principia sunt minima quantitate, ut dicitur 2 Elench.

Virtutem, et sic verum est, quia sunt maxima virtute, ut ibidem habetur: et quidem scil. *Intensivè*, quia sunt certissima. *Extensivè*, quia sunt ad multas conclusiones, aut omnes communia.

Dubium. Decima pars operis non est plusquàm medietas: sed decima pars operis potest esse principium operis, ergo principium operis non est plus quàm medietas operis.

Resp. Principium operis est plus quàm medietas respectu *Quantitatis* difficultatis, Non autem aut *Magnitudinis.* *Perfectionis.*

De bonis requisitis ad Fœlicitatem. Cap. 8.

In hoc tractatu observanda sunt

Distinguendo modum quo bona respiciunt fœlicitatem: quædam enim ipsam respiciunt, quoad ejus *Essentiam*, et sic solùm bona animi requiruntur. *Existentiam*, et ornatum, et sic bona corporis et fortunæ requiruntur.

Aggregata naturam et integritatem, sicut partes integrantes ipsam, differenter tamen; quia unitas fœlicitatis sic sumptæ, est unitas ordinis partium invicem, ad unum aliquod primum: sicut enim multi dicuntur unus exercitus propter relationem ad unum principem, ita omnia illa bona dicuntur una fœlicitas, aut respectu unius subjecti in quo sunt; aut respectu unius boni ad quod ordinantur. Est igitur in tali fœlicitate aliquid per modum

modum ducis scil. operatio simplex virtutis; & aliquid sicut milites, quemadmodum virtus; & aliquid sicut servi, ut bona corporis & fortunæ.

Essentialiter, sicut operatio sapientiæ. Cum enim fœlicitas sit perfecta Dei contemplatio, quæ maximè secundum perfectissimam intellectualem virtutem existit, ipsa verò sit sapientia, sequitur quòd nobilissimum sapientiæ opus ad ipsam spectat fœlicitatem, tanquam ejus propria et formalis essentia. Nam fœlicitas ut dictum est 10. Eth. in opere sapientiæ consistit.

1 *Scientia*, quia cum Sapientia sit circa causas altissimas, et ultimò circa Deum, ad quarum causarum cognitionem non possumus accedere, cùm sint à sensu remotissimæ, nisi per cognitionem suorum effectorum nobis notiorum, ideo ad hæc apprehendenda requiritur Scientia.

2 *Intellectus*, tum quia sapientia est finis intellectûs, tum quia notitia principiorum quæ est intellectus, ad notitiam conclusionum habendam ordinari videatur.

3 *Prudentia*, ipsa enim ejusque opus post tres prædictas virtutes immediatè sequuntur, & ad earum operationes immediatè ordinantur. immediatè dico ordinantur præcipiendo & ordinando gratiâ sapientiæ, circa ea quæ ad earum acquisitionem & operis eorum exercitium liberum acquiruntur: dico etiam quòd immediatè sequuntur, quia prudentia præcedit virtutes morales, tanquam respectu earum Architectonica, discernens, ordinans, & præcipiens, quæ & quomodo secundum unamquamque virtutem operemur.

Moralium, etenim post prudentiam sequuntur virtutes morales, quæ comparantur & ad ipsum studiosum & ad alios ut ad ipsum: sic rescindunt impetus passionum, impedientes eum ab acquisitione scientiæ, & ejus operis exercitatione,

Intellectualium, ut sunt opera et

Essentialem subordinationē operum sapientiæ, ut sunt cæteræ virtutes, et quidem earūm opera et virtutum

Extrinsecus sed diverso modo, quia quædam propter

Simplicia non essentiam omnia, sed quædam

Explicando ordinē quomodo ista triplicia bona ad uterque fœlicitatem spectant; spectant enim ad Fœlicitatis

Fundamentum: quod quidem consistit partim et in

ut autem usus earum est alius, sic maximè deserviunt ad secundariam fœlicitatis intentionem, quæ est in largiendo & distribuendo aliis suam bonitatem, & in hoc consistit maximum fœlicitatis ornamentum. Unde patet quòd virtutes morales sunt fœlicitati necessariæ tanquam remotivæ prohibentia, & disponentes ad usum sapientiæ.

Bona animi; qualia sunt bona corporis, quoniam bene corpore dispositus est bene dispositus ad animæ virtutes, et operationes, si animæ sequantur corpora, ut in Physiognomia dictum est: non enim dubium est, quin sanitas saltem talis cum qua stat liber usus rationis, est dispositio necessaria ad acquisitionem sapientiæ, ejusque operationis exercitium in qua fœlicitas consistit: robur autem & pulchritudo fœlicem decorant, ipsumque reddunt aliis gratiorem, unde in aliis suæ bonitatis largitio potiorem habebit effectum, & ad hanc debitam corporis dispositionem servandam, vel ad amissam recuperandam ordinatur medicina, & multæ artes Medicinæ subministrantes.

Conveniente dispositionē, aut quidem ad

Vitam servandam, ut exteriora bona, quorū quædam requiruntur

Immediatè, ut cibus, & potus, & vestitus; & per consequens hæc sunt organa fœlicitatis acquisitioni necessaria, cùm idem sit bene vivere quod esse fœlicem, & non viventem impossibile sit bene vivere.

Mediatè, ut divitiæ, eò quòd hæc quæ dicta sunt, quæ ad sapientiam adipiscendam requiruntur, sine aliquibus divitiis (licet natura paucis contenta sit) acquiri non possunt; ideo tales divitiæ sunt organa adipiscendæ fœlicitati necessaria. hæc secundum sententiam Buridani dicta sunt.

Notandum

Notandum quòd nulli sunt dicendi miseri, nisi sint vitiis cooperti, & in malis operationibus assueti; sed si debitè agant ea ad quæ deputati sunt secundum suas artes, dicendi sunt fœlices, non formaliter, neque simpliciter, sed secundum quandam analogiam & attributionem ad fœlices verè; sicut cibum dicimus sanum secundum analogiam ad sanitatem animalis.

2 Ratio qua ostenditur solùm bona animi requiri ad fœlicitatis essentiam: hæc enim verba in lib. 10. cap. 8. habet Aristot. *Perspicuum est, si eventa fortunæ sequamur, eundem nos sæpe aliàs beatum, aliàs miserum esse dicturos; ita beatum Cameleonti similem, nec satis firmum affirmabimus.* Et paulò pòst, *Res adversæ labefactant beatam vitam, sed non tollunt*: postremum magnum scelus esset, rem omnium maximam & præstantissimam fortunæ ascribere.

Dubitationes

1 *Dub.* Si virtutes sint de essentia fœlicitatis, aut ergo sunt definitio, aut genus, aut differentia ejus: quæ omnia sunt falsa. Ergo.

Resp. Aliquid dicitur de alicujus essentia, vel quia est ejus
- *Pars*, sicut genus & differentia Speciei; Materia & Forma compositi.
- *Perfectio*, sicut unum correlatorum respectu alterius.
- *Principium intrinsecum, sicut punctus respectu lineæ*; hoc autem modo, non illis, virtus de essentia fœlicitatis dicitur.

2 *Dub.* Nemo qui incidit in *Priami* calamitates potest esse fœlix secundum Arist. licet per totam anteactam vitam vixerit omnium beatissimus. Ergo bona fortunæ conveniunt essentialiter fœlicitati.

Resp. Non potest esse fœlix fœlicitate
- *Aggregatâ*.
- Sed *simplici* potest, si generoso pectore eas quæ evenium calamitates perferat, si mala fortunæ & naturæ in usum virtutis convertat, si vincat affectus, si in extrema fortuna clipeum patientiæ non abjiciat: huc omnia quæ huic interpretationi videntur infesta loca sunt referenda; præsertim illud in fine capitis 8. ubi dicitur, *non esse eum plane ad beatitudinem aptum, qui omnino deformis est, aut ignobilis, aut vitam in solitudine degat, aut sit sine liberis vel amicis.* Hic locus si comparetur cum alio in cap. 9. facilè intelligitur, ubi sic se habent verba: *Reliquorum bonorum alia adesse necesse est*; (intelligit bona animi) *alia sunt adjuvantia & utilia, quasi instrumenta* (intelligit bona corporis & fortunæ.)

3 *Dub.* Fortuna non est, quia est contraria naturæ, ut docetur 2. Phys. Ergo nulla sunt bona fortunæ.

Resp. Fortuna capitur aut pro
- Cæcâ rerum humanarum Dominâ, quam deam finxerunt Poëtæ; & sic impium est illam ponere.
- Incertâ & incognitâ rerum causâ per accidens; & hæc non respectu Dei præscientis omnia, sed respectu hominis ignorantis multa dicitur. hinc illud in 6. Ethic. *Ubi plus ignorantiæ, ibi plus fortunæ.* Quare etsi respectu naturæ & providen-

tiæ omnia sunt certa & necessaria, multa tamen respectu ignorantiæ & cæcitatis nostræ contingentia sunt & fortuita, & sic bona fortunæ hîc dicuntur.

4 *Dub.* Illa sunt necessaria ad fœlicitatem, quibus sublatis non est fœlicitas, sed talia sunt quædam bona naturæ, ut forma hominis, ut vita, ut sanitas. Ergo. Major ostenditur ex definitione necessarii; Minor ostenditur, quia forma est finis materiæ, cum ipsam materia appetat ut bonum.

Resp. Ut homo in tractatu de Relatis quiddam adventitium dicitur domino & servo, licet sine homine, nec dominus, nec servus esse potest; ita anima & forma hominis quiddam adventitium fœlicitati esse dicitur, etsi sine anima fœlicitas esse non possit: nam sicut homo non est de essentia relationis, ita nec anima fœlicitatis. Aliud ergo est esse essentiæ in principio, aliud esse existentiæ in subjecto: principium fœlicitatis est virtus in qua conservatur; subjectum ejus est animus in quo comprehenditur. De sanitate vero & vitâ respondetur, quòd adjuvent, si adsint; quòd non tollant, si absint: quippe in animo qui est æternus beatitudo inest.

5 *Dub.* Nulla est actio virtutis sine objecto. 2. Ethic. cap. 3. sed fœlicitas est actio virtutis, ergo non est sine objecto: Sed objecta virtutis sunt bona naturæ aut fortunæ. Ergo.

Resp. Virtutis actio est alia *Immanens* quæ est veluti quædam reflexio ejusdem in seipsam; alia *Transiens* quæ semper est respectu externi objecti: Si autem concedatur quòd sint objecta singularum virtutum in quibus utræque illarum actiones versantur, non tamen sequitur quòd bona naturæ & fortunæ sunt illa objecta, nam ut est alia actio virtutis *Immanens*, alia *Transiens*, ita est aliud objectum

Internum, quod immanentem actionem perficit, sicut est consilium respectu sapientis, sic temperans internè voluptatem.

Externum, quod transientem absolvit, ut est periculum respectu fortis; sic temperans externè cibum & potum respicit.

An ad Fœlicitatem requiratur necessariò usus virtutis?

Notandum quòd usus duplex est, aut

Unicus, & per breve tempus, qui hominem non facit fœlicem.

Frequens & multiplicatus in vita perfectâ, qui hominem facit fœlicem; & hic, ut habitus unde procedit, pertinet essentialiter ad fœlicitatem: ad quod nota, quòd homo est indeterminatus aut quidem

1 Ad agendum bonum vel malum, virtus autem determinat ipsum ad bonum.

2 Ad agendum bonum bene vel non bene, virtus autem ipsum ad bonum benè operandum determinat.

3 Ad agendum bonum & bene pro hoc vel illo tempore, hoc vel illo modo: virtus autem ipsum determinat ad omne tempus cum fuerit oportunum.

Unde patet quòd triplicitèr virtus hominem determinat.

Notandum

Notandum quod
- *Habitus virtuosus* est melior actu secundum quid, quia & respectu
  - *Unitatis*, quia habitus non intermittitur somno, intermittitur autem actus.
  - *Necessitatis*, quia summus dominii habituum solùm à principio, actuum semper. lib. 3.
  - *Diuturnitatis*, quia est forma permanens, actus successiva.
- Usus autem ipse est ipso habitu simpliciter melior, quia est
  - *Actus*, habitus autem tanquam potentia; sed actus est simpliciter melior potentiâ 9. Metaph.
  - *Ultimũ in processu perfectionis*, quia homini in naturalibus constituto adveniunt
    1. Actus boni, non omnino bene activi.
    2. Actus boni, & omnino bene activi, qui ex prioribus generantur.
    3. Usus boni, & omnino bene activi. Unde talis ordo evidenter ostendit usum virtutis esse ipso habitu meliorem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Causa melior est effectu, sed bonitas habitûs est causa bonitatis usûs, ut in descriptione fœlicitatis, & in lib. 2. Eth. cap. 6. dictum est, quia virtus habentis opus bonum reddit. Ergo, Fœlicitas in bonitate habitûs non usûs consistit.

Resp. Habitus est causa usûs
- Non *principalis*, ipsa enim est anima, aut potentiæ ejus.
- Sed *determinans* potentiam ex se liberam ad bene male ve operandum, ad actionem bonam & studiosam.

2 *Dub.* Consistit Fœlicitas in illa perfectione quæ reddit hominem simpliciter optimum: Sed talis est habitus virtuosus. Ergo.

Resp. Reddit quidem hominem simpliciter optimum
- *Habitualiter* virtus.
- *Actualiter* usus virtutis, & hoc est melius.

3 *Dub.* Bonum permanens est melius successivo & transeunte; sed habitus est permanens, actus transiens, & per consequens fœlicitas consistit potius in habitu.

Resp. Habitus est melior usu quoad
- *Permanentiam.*
- Non *Perfectionem.*

4 *Dub.* Bonum hominis melius est bono humani operis; sed bonitate virtutis dicitur homo bonus, & bonitate usûs bonus dicitur ejus usus. Ergo.

Resp. Bonum humanum aliud est
- *Immanens* homini, bonitas autem hujus operis est bonitas hominis, sicut bonitas habitûs; illud autem opus est usus illius virtutis, in quo consistit fœlicitas.
- *Transiens* extra hominem, quæ non est bonitas hominis, & de illo concludit ratio, quòd illo habitus est melior.

An

An ad fœlicitatem necessariò requiratur delectatio?

☞Notandum quòd sicut adamas tria causat in ferro, ita bonum tria efficit in appetitu, etenim
- Sicut adamas efficit in ferro
  1. Passionem quandam sibi consimilem.
  2. Motum, ad se trahendo ferrum.
  3. Quietem ferri in se.
- Sic bonũ præsentatum efficit in ipso concupiscibili, &
  1. Complacentiam seu amorem sui; ut amor non delectationem sed passionem dicit, & hæc est passio prima.
  2. Tractum quendam appetitûs ex virtute hujus amoris, qui tractus vocatur desiderium, seu concupiscentia; & illa est secunda passio.
  3. Quietem appetitûs adepti in se, quæ quies delectatio nominatur; estque tertia passio effecta ex unione appetitûs cum objecto sibi conveniente.

☞Notandum quòd delectabilium tria sunt genera, nam quædam sunt delectabilia
- *Objectivè*, quod est objectum extrinsecum delectationis, quia ipsum aptum natum est delectationem efficere.
- *Subjectivè*, qui est actus appetitûs, qui dicitur uti vel frui delectatione, quia in se habet delectationem, & in eâdem vi est subjectivè cum delectatione.
- *Medio modo*, ut actus virtutis apprehensivæ, ipsa nunquam apprehẽsio comparata
  - *Usui vel fruitioni appetitus* habet modum objecti; quia separata existens quantum ad vim susceptivam à delectatione, efficit delectationem sicut objectum, quia objectum manifestat.
  - *Objecto extrinseco*, habet modum delectabilis subjectivè; eò quòd est in anima subjectivè, sicut est fruitio.

☞Notandum quòd ad fœlicitatem potest aliquid requiri tripliciter, aut enim ut
- *Dispositio*, aut quidem
  - *Proxima*, ut est habitus virtutis.
  - *Remota*, ut sunt
    - Dispositio virtutis.
    - Actio, qua virtus acquiritur.
- *Essentia* Fœlicitatis, & sic actus virtutis, & opus sapientiæ ad eam requiritur.
- *Sequela intrinseca* fœlicitatis, & sic ad eam exigitur delectatio, cùm sit operatio conveniens, & circa objectum conveniens dispositioni appetitûs; est tamen operatio honestissimè delectabilis, cùm delectatio cum qua conjungitur sit appetitûs intellectivi, quemadmodum fœlicitas est operatio ejus.

Dubitationes.

1 *Dub.* Quod est maximè fugiendum in inventione virtutis, non necessariò requiritur ad fœlicitatem. Sed delectatio est hujusmodi. 2 *Ethic. in fine.* ergo.

Resp.

Resp. Delectationes aliæ sunt
- *Sensuales*, seu extremorum vitiosorum, & tales sunt fugiendæ.
- *Consequentes* opera virtutum moralium, vel intellectualium, quæ sunt majores, puriores, & meliores; & tales habet annexas sibi fœlicitas.

2 *Dub.* Delectatio non requiritur ad virtutis operationem, quia non ad operationem Fortitudinis: *lib.* 3 *Ethic. cap.* 9. ergo non ad fœlicitatem.

Resp. Operatio Fortitudinis consideratur vel
- *Absolutè* secundum se, & sic non est delectabilis.
- *Comparatè*, ut conjungitur fini, & sic est delectabilis: & in hac non illâ fœlicitas consistit, in nulla operatione enim consistit fœlicitas, nisi in quantum fini conjungitur.

Resp. 2. Fœlix
- Delectatur semper in operatione virtutis.
- Tristatur aliquando pro infortuniis amicorum.

} Hæc enim stant simul.

Resp. 3. Fœlix
- Gaudet semper secundùm partem rationalem.
- Tristatur verò interdum secundùm sensitivam.

} Item hæc stant simul.

An ad fœlicitatem requiratur necessariò bonorum exteriorum affluentia, & bona dispositio corporis?

Notandum quòd talia in quibus non consistit Fœlicitas, requiri ad fœlicitatem potest dupliciter intelligi, vel quòd requirantur necessariò directè
- Ad *sustentationem* vitæ, & hic intellectus non est hîc accipiendus, quia talia sic requisita necessitati, & non fœlicitati per se congruunt.
- Ad *fœlicitatem* vitæ, sicut quædam organa aut instrumenta: talia autem non requiruntur ad necessitatem vitæ contemplativæ ultra necessariam sustentationem naturæ, præsertim cùm præstet ei impedimentum: propter quam causam plures Philosophi divitias mundique blanditias abjecerunt: requiruntur tamen tanquam ornamenta civilis vitæ, præsertim cum ipsa in civium communicatione consistit, quæ sine istis sustineri non potest.

Dub. 3. Nullum requisitum ad fœlicitatem præbet occasionem mali, sed prosperitas ipsam præbet, ut ostenditur ex 5 ejus partibus, scil. 1 Amicis, qui præbent occasionem injustitiæ, scil. amorem & odium. 2 Divitiis quæ præbent occasionem periculi personæ, unde *cap.* 3 hujus libri dictum est multos propter divitias periisse. 3 Civili potentiâ, quæ præbet occasionem audaciæ; 4 Nobilitate generis, quæ superbiæ; 5 Prole, quæ avaritiæ. Ergo idem dicendum de bona corporis dispositione.

Resp. Vita est duplex, aut
- *Contemplativa*, quæ talibus mali occasionibus tangi non potest.
- *Civilis*, in qua ratione horum mali occasio cernitur: hoc tamen quidem contingit.
  - Non ex simplici harum rerum actione.
  - Sed ex corrupta hominis dispositione, & appetitu.

De causa Fœlicitatis cap. 9.

In hoc tractatu observantur &

- Non à fortuna; si enim bonorum maximum esset à fortuna, tum viri optimi & prudentissimi essent optimè fortunati, quod falsum est præterea videmus fortunam homini tam malum quàm bonum tribuere.
- Causam fœlicitatis; est autem ipsa
  - Sed a causa
    - *Humana*, ut patet per ejus definitionem, est enim operatio hominis secundum virtutem ipsius perfectissimam: propter quod non est dubium, si virtutes hominibus insint à causa humana, quin fœlicitas sit à causa humana; virtutes autem tam morales, quàm intellectuales ab humana causa proveniunt, quia ex humanis operationibus acquiruntur: hæ quidem per disciplinam & studium, aliæ per assuefactionem & exercitium.
    - *Divina*, quia si aliquid aliud decorum est donum hominibus, æquum est fœlicitatem Dei donum esse, nobilissimæ enim causæ nobilissimus effectus proportionari debet.

Fundamentum, quod consistit partim in distinguendo

- Donum Dei; ipsum enim duplex est,
  - *Absolutum*, sine medio, ut creatio ex nihilo, divinique spiritûs munera, quæ Aristoteles non intelligit.
  - *Respectivum*, cum medio & conditione, & sic hominibus studiosis virtutis, non otiosis, à Deo datur fœlicitas, nam ad acquisitionem ejusdem requirit modum, tempus, voluntatem, industriam, naturam; non ergo negat Aristoteles divinitus dari hoc bonum, sed vult etiam studiosè illud acquiri.

Sciendum

Sciendum, quòd fœlicitas humana est
- Ab humana causa tanquam à causa propria & determinata.
- A Deo tanquam à causa universali, quemadmodum omnia alia bona in istis inferioribus reperta: Est tamen fœlicitas à Deo specialiori quodam, & immediatiori modo, quàm alia bona; in quantum Deus est proprium & principale fœlicitatis objectum; cujus tamen contemplatio, quæ est nostra humana fœlicitas, non sine multo labore nostro acquiritur.

Dubitationes.

1 *Dub.* Quod advenit extrà, semper & frequenter, est secundum fortunam 2 *Phys.* sed ita advenit fœlicitas, ut notum est.

Resp. Quædam dicuntur rarò cõtingere, aut
- *Simpliciter*, respectu temporis, quod solùm interdum evenit, et illud non est intelligendum omne à fortuna esse.
- *Relativè*, respectu causæ et intentionis agentis; et quod ita ratò contingit est à fortuna: sed ita non contingit fœlicitas: positis enim per se causis fœliciratis, fœlicitas ponitur, et semper ab operante intenditur, at fortuitus effectus non intenditur.

2 *Dub.* Fœlicitas in textu appellatur divinissimum, ergo à solo Deo homini conceditur, nec est à causa humana.

Resp. Divinissimum quidem appellatur
- Non *Absolutè*, ut est in Deo.
- Sed partim
  - *Effectivè*, quia à Deo fluit. 2 aut efficiat hominem simillimum Deo.
  - *Objectivè*, quia per illam maximè Deo assimilamur.

3 *Dub.* Anima hominis est proximum, solum, & immediatum donum Dei, ut patet lib. de partibus animalium, ergo fœlicitas quæ est ejusdem perfectio à Deo solo esse videtur, nam quod dat formam dat omnia consequentia formam.

Resp. Quædam consequuntur formam
- *Simpliciter & necessariò*; & sic dans formam dat omnia consequentia formam.
- *Contingenter* & fortuitò, & sic dans formam, puta animam, non dat omnia consequentia formam, puta fœlicitatem.

4 *Dub.* Posse & velle in Deo idem sunt 12. *Metaph.* & 3. *Phys.* Sed potest beatum in hac vita proximè & immediatè facere. Ergò vult. videtur itaque impium esse partim Deo, partim homini fœlicitatem ascribere.

Resp. Posse & velle idem sunt in Deo, si essentiam Deitatis, non si providentiam ordinis & dispositionis, spectes: certum est posse illustrare mundum sine sole, sed non vult; posse gubernare orbem sine lege, sed non vult; posse saturare hominem sine cibo, sed non vult. Placet ei in sua providentia ordine & medio uti, non quòd non possit facere sine medio, sed quòd non velit quicquam fieri sine ordine. Quare etsi potest Deus in hac vita proximè & immediatè beatum facere, tamen non vult: illud enim affirmandum respectu infinitæ ejus potentiæ, hoc dicendum ratione ordinatæ ejus providentiæ. Non est ergo impium maximè Deo ut principio primo, proximè homini ut instrumento fœlicitatem ascribere.

5 *Dub.* Quod non est à natura, nec inest pluribus, inest à fortuna: sed fœlicitas est hujusmodi, ergo.

Resp. Verum est, si nec actu, nec potentiâ, nec aptitudine insit à natura: sed aptitudo ad fœlicitatem nobis à natura ineſt.

6 *Dub.* Si fœlicitas insit homini à causa humana, tum imperfectum faceret se perfectum, quod negatur 9 *Met.* oportet enim semper, quòd agens sit actu tale, quale passum est in potentia: & per consequens agens semper perfectior est patiente; quod etiam affirmatur 3 *de Anima.*

Resp. Imperfectum per se solum non facit seipsum perfectum, sed bene concurrente objecto, quod est una per se causa fœlicitatis: unde non solùm homo agit ad fœlicitatem suam.

7 *Dub.* Nullus fœlix in hac vita experitur se donum fœlicitatis recipere in hac vita, ab aliqua causa præterquam à causa humana: ergo.

Resp. Hominis fœlicitas est simul à causa humana & divina, sicut enim Sol & homo generant hominem, sic Deus & homo hominem beatum faciunt. Et sicut homo generans hominem non percipit secum cooperari Solem, sic nec homo in acquirendo fœlicitatem percipit secum cooperari Deum: et hoc ideo est, quia Deus imperceptibiliter operatur in animabus, et maximè in illis quæ sunt ad hanc bonis consuetudinibus præparatæ.

Notandum quòd imperfectum dicitur, aut propter defectum perfectionis
- *Prima*, quod autem ita imperfectum est non potest seipsum facere perfectius eâ perfectione, cùm nihil potest generare seipsum.
- *Secunda* solum, & tale forrè remoto prohibente potest se facere perfectum secundâ perfectione, homo autem habet primum actum, sc. animum, fœlicitas autem est secundus actus.

Fœlicitatem esse in hac vita. Cap. 10.

In hoc capite observanda sunt

Fundamentũ, seu explicatio quæstionis, quæ partim consistit in

- Referendo rationes quibus probatur fœlicem posse esse in hac vita: potest enim esse quoad
  1. *Stabilitatem virtutis* cui innititur.
  2. *Perpetuitatem actionis* qua in objectis virtutum utitur.
  3. *Constantiam rectæ rationis* quâ vita dirigitur.
  4. *Excellentiam mentis*, quæ multis actionibus virtutis confirmata facilè non corrumpitur.
  5. *Naturam appetitûs* & laboris in hac vita, quę frustrari non debent.
  6. *Efficacitatem legum* ad cives virtutibus eruditendos.
  7. *Nomen fœlicis*, cui aliquid in re respondere debet.
- *Miserum*, sumitur enim aut pro
  1. *Inope* & indigente pecuniâ, & sic continget aliquando beatum appellari miserum.
  2. *Homine abjecti animi*, experte ingenii, pleno peccati, & sic non potest esse miser, cum talis sceleri mancipatus, fœlix virtutis studiosus semper existat.

Distinguendo

Distinguendo & *Appetibile* propter alterum, illud enim est aut propter alterum speciei
1. *Ejusdem*, & sic fœlicitas quæ in hac vita continetur appetitur propter alterum.
2. *Alterius*, & tunc fœlicitas propter alterũ nõ appetitur, nõ enim operatio perfectissimæ virtutis in qua ponitur essentia fœlicitatis expetenda est propter operationem aliam, aut habitum, aut aliquid alterum aptum inhærere homini, est tamen ipsa priori modo appetibilis propter alterum, quia ipsa operatio minùs perfecta appetitur propter ipsam magis perfectam, in vita enim æternâ magis erit perfecta nostra fœlicitas, quàm in istis terrenis domibus corporum.

Dubitationes.

1 *Dub.* Nemo vivit mortalium cujus certus est finis, ut hic dicitur: ergo in hac vita non est fœlix.

1 *Resp.* Aliud est esse hominem, aliud beatum hominem: hominis quidem incertus est finis, sed fœlicis hominis qui in perpetua actione virtutis constat, non est incertus.

2 *Dub.* Hæc vita, inquit Seneca est miseria, ergo in ea non est dicendus fœlix.

2 *Resp.* Non est miseria sed misera; quod respectu externorum dicitur.

3 *Dub.* Omnis fœlix positus est extra mala, sed nemo in hac vita positus est extra mala. Ergo.

3 *Resp.* Omnis fœlix positus est extra mala non *animi*, *Corporis*, aut *Fortuna*.

An de hac re Aristoteles Sacris literis consentiat?

Dubitationes.

1 *Dub.* Dicit Aristoteles fœlicitatem cadere ex defectu prolis, pulchritudinis, rei temporalis: negant illæ, ergo

1 *Resp.* Decidit *Aggregata*. Non *simplex*. Quoad *Essentiam*. Licet quoad *Ornatum*.

2 *Dub.* Aristoteles fœlicitatem esse ab homine, illæ à Deo dicunt. ergo.

1. *Resp.* Loquitur *Scriptura* de fœlicitate in vita futura absoluta. *Arist.* de fœlicitate in hac vita inchoatâ, quæ licet sit inchoata respectu ejus, qua in æterna gloria fruimur; perfectissima est tamen longe omnium quæ in hac vita contingunt.

Dei, ut à causa remota.

2 *Resp.* Vel dicendum quod ipsa sit & à { *Humana operatione*, ut proximâ: duo autem spectantur in ipsâ, aut { 1 *Essentia* actionis quæ ab homine provenit. 2 *Bonitas* actionis quam à Deo habet, unde homo ut instrumentum, Deus verò principalis causa fœlicitatis existit.

3 *Dub.* Negat Arist. mortuum esse fœlicem, dicunt illæ, ergo.

Resp. Mortuum, vel potiùs mortui animam fœlicem esse fœlicitate { *Activâ* negat Arist. quia tum non agit, non operatur. *Contemplativâ*, affirmant illæ, quia tum perfectissimè speculatur.

4 *Dub.* Negat Arist. fœlicitatem appeti propter alterum, dicunt illæ propter vitam æternam. Ergo

Resp. Fœlicitatem appeti propter alterum { Diversæ negat Arist. Ejusdem magis absolutum dicunt illæ.

5 *Dub.* Ad quæstionem, fœlicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & talis non potest alicui in hac vitâ contingere, nam ut concedatur ipsum omnia alia habere bona, non tamen habet necessariam stabilitatem sui status, quæ aliquod bonum est. Ergo.

5 *Resp.* Loquendo de fœlicitate { 1 *Simplici*, de qua præcipuè tractatur, illâ absoluta potest aliquis in hac vita fœlix esse. 2 *Compositâ*, non potest nisi conditionaliter, dici eos esse fœlices, quibus inexistunt, & inexistent usque ad finem bona ad prædictam fœlicitatem requisita, & ita verum est dictum Solonis.

☞ Notandum quòd loquitur { Solon de externa fœlicitate, quæ in omnium bonorum vicissitudine, Arist: de fœlicitate interna, quæ in perfecta virtutum operatione, } Consistit, ideo non repugnant.

6 *Dub.* Non potest in hac vita per se sufficiens haberi, quia tum non desideraretur amplius: sed hominis desiderium in hac vita satiari non potest, naturaliter enim homo desiderat bonum quod habet permanentiam; sed bona hujus vitæ sunt transitoria, sicut vita. Ergo.

Resp. Non concludit nisi de aggregata fœlicitate; si autem homo desiderat naturaliter simplicis fœlicitatis permanentiam, ipsam adipiscitur, nam hac vitâ mutatâ, fœlicitas in mente fœlicis (quæ est æterna) perpetuò manet.

7 *Dub.* Bonum delectabilissimum, & optimum non compatitur secum perturbationes, & tristitias: at hæc omnia unicuique in hac vita possunt cadere. Ergo

Resp. Bonum delectabilissimum mentis potest secum compati perturbationes corporis, & tristitias partis sensitivæ.

Abundantissimus bonis potest miserabiliter finire vitam, ut de Priamo patet ergo.

Resp. Procedit de fœlicitate *aggregatâ*; non *simplici*, cujus essentia semper manet, quæ in interioribus bonis animi ponitur, licet aliquando ornamenta cadant

dant, quæ in externis bonis corporis & fortunæ constituta sunt.

An fœlix semel miser unquam esse potest.

1 *Dub.* Fœlix potest dici non fœlix, ut ait Arist: in textu. Ergo potest esse miser.

Resp. Fœlix { Quoad interna bona animi, essentiamque fœlicitatis semper fœlix est. / Quoad externa bona fortunæ & corporis non fœlix potest esse interdum.

2 *Dub.* Fœlicitas est accidens in homine, ergo potest corrumpi. Ergo.

Resp. In fœlicitate spectantur { *Essentia accidentis*, & sic est apta à suo subjecto moveri. / *Constantia actionis*, habitus, consuetudinis, & sic non potest.

3 *Dub.* Fœlicitas & miseria versantur circa idem subjectum, quia sunt aut privantia, aut contraria. Ergo.

Resp. Versantur circa idem { *Specie*, quia utraque circa hominem. / Non *numero*, non enim est possibile, hunc qui fœlix est, unquam esse miserum.

☞ Notandum quòd exclusâ fœlicitate post mortem, adhuc fœlicitas quæ est optima, & delectabilissima in hac vita essentialiter in operibus virtutum consistit, quia à sapiente & studioso, non nisi per mortem auferri possunt; sed tamen ad sui decorem & exteriorem perfectionem indiget bonis fortunæ, quæ etsi à studioso auferri possunt, non tamen facilè, ut ad opus virtutis valent, quia iis semper utitur ut oportet: ideo patet quòd nunquam studiosus subjiciatur malæ vitæ simpliciter, sed semper gerit vitam essentialiter bonam & per se delectabilem, si verò aliquis velit loqui de fœlicitate seu vita bona non solùm essentialiter, sed secundum ornamenta extrinseca, & accidentales perfectiones, tunc quidem homo aliquando ita fœlix potest esse infœlix, non simpliciter, sed accidentaliter.

Posterorum res ad defunctos pertinere. Cap. 11.

In hâc quæstione observantur ejus.

Explicatio, quæ consistit partim in { *Modum* quo res posterorum ad defunctos pertinent; pertinent enim ita ut ipsas defuncti respiciant & curent, non ita ut vel beatiores ex eorum dignitate, vel miseriores ex eorum calamitate fiant: nulla enim est post hanc vitam, beatitudinis in anima commutatio; unde ostenditur secundum Arist: immortalitas animæ, nam aliquid secundum eam de anima separatâ prædicatur, at nihil prædicatur de non ente.

partim in { Rationes quibus probat Arist: res posteros { 1 Officio amicitiæ, nam durum esset, & alienum ab officio amicitiæ aliter dicere. / 2 Testimonio & opinione omnium qui semper judicárunt eas pertinere.

Ostendendo

ostendendo { rum ad defunctos pertinere, nempe & ab { 3 A nomine & exemplo tragædiæ, in quâ defunctorum spiritus sæpe introducuntur a poëtis, habentes quasi curam posterorum.

Modum diversum intelligendi & sciendi & reminiscẽdi animæ in hâc vita, & cùm sit seperata; intelligit enim { 1 Per phantasma in hâc vitâ, & scit per proprium suæ naturæ habitum, & reminiscitur per memoriam.
2 Per reflexionem à primâ causâ, ejusque influentiam, quâ in vitâ æternâ fruitur.

Dubitationes.

1 *Dub.* Dubitat Arist: in textu utrum defuncti sint omnino fœlices, sic enim dicit: quærendum est de mortuis, utrum alicujus boni participes sint, an contra. Ergo confusè & indefinitè concludit res posterorum pertinere ad defunctos.

Resp. Non omnino dubitat de beatitudine aut æternitate defunctorum, sed in hoc loco ostendit posterorum res adversas vel secundas, statum beatorum omnino non mutare, & sic quærit an alicujus boni aut mali participes sint mortui, (i. e.) an mortui bonorum nostrorum aut malorum participes fiant; cum enim ostensum est in hâc vita fœlicem non posse ratione sui effici miserum, videndum an posterorum res possint ejus statum mutare, cum sit defunctus, ut vel eum magis miserum vel minùs beatum reddant.

2 *Dub.* Si res posterorum pertineat ad defunctos, verisimile est ipsos memoriam curamque posterorum retinere, quod falsum est, quia memoria quæ est vis animi sensitivi, cum vita nostra extinguitur; à cura autem rerum mortalium anima seperata (teste philosopho) liberabitur, aliter enim simpliciter fœlix & immutabilis non videtur.

Resp. Anima quidem seperata & { *Intelligit* { Non per *phantasma*, ut in corpore, & per *discursum*.
Sed per *reflexum à prima causâ*, & per *intuitum*.
Reminiscitur { Non per *memoriam*, quæ extinguitur cum vitâ.
Sed per *divinam influentiam*.
Curam posterorum retinet { Non quòd istarum rerum vicissitudine, à statu fœlicitatis suæ unquam deturbetur.
Sed quod in arce quasi posita et locata, res tam duras quàm secundas posterorum videat. quorsum ergo videt, fortasse dices? ut hoc intellecto à te, (nimirum illam videre) tu ejus anteactam bonam vitam imiteris.

De præmio fœlicitatis. Cap. 12.

In hac quæstione observantur &

{ *Propriè*, & sic in 1. Rhetoric: definitur quòd est *sermo elucidans magnitudinem virtutis*, unde patet ipsam

Explicatio, quæ consistit partim in distinguendo

- *Laudem*; ipsa enim dupliciter capi potest, vel
  - ipsam ita sumptam non pertinere ad fœlicitatem, cum fœlicitas non sit virtus.
  - *Communiter*, & sic multa cõprehendit, est enim sciendum quod confiteri bona alicujus potest esse dupliciter, vel quidem quia sunt
    - *In eo*, & talis cõfessio quadruplex est,
      1. *Simplex confessio*, quia confitentur ut bona.
      2. *Magnificatio*, quia bona confitentur, ut magna.
      3. *Glorificatio*, quia ut consummata.

      Laus propriè dicta, quia ut utilia, apta, & idonea ad majus bonum.
    - *A eo*, & talis cõfessio quadruplex est, est enim vel
      - *Commendatio*, qua confitentur bona quia per eum acta.
      - *Gratiarum actio*, ut cõfiteantur bona, quia per eum data.
      - *Dignificatio*, quia per talia bona est dignus præmio, unde patet quod si laus communiter sumatur, tum est boni cujuslibet confessio.
- *Honorẽ*; ipse enim duplex est, aut
  - *Divinus*, qui in timore & amore consistit; & hic deo soli debetur, quem oportet propter se diligere, & propter ipsum omnia cætera.
  - *Humanus*, quidem duplex est, aut
    - *Externus* in levitate fortunæ & prædicatione multitudinis, & hic non est præmium fœlicitatis.
    - *Internus* infirmitate virtutis qui est in beato & ab applausu populi non dependet, et hic est fœlicis præmium unde honor est exhibitio reverentiæ in signum excellentiæ, aut per externum actum, aut per internum solum meritum:

☞ Laudabile

- *Vituperabile*, & sic omnia bona laudabilia sunt & per consequens fœlicitas, cum sit inter bona excellentissimum, & quo aliquid magis bonum, eo magis laudabile.

poteſt capi, vel ut diſtinguitur contra { *Honorabile*, et ſic omnia bona non ſunt laudabilia, ſed minora, nam bonorum alia { *Minora*, quæ dicuntur bona propter aliquod melius, ad quod ordinantur & his propriè laus, *Majora*, quæ propter ſe et non alia bona ſunt, et his propriè honor, debetur.

☞ *Laus* duplex, alia { *Communis* omnibus rebus bonis debita quæ ordinantur. *Propria*, quæ ſoli virtuti tribuitur.

Dubitationes

1 *Dub.* Majus bonum continet minus, teſte philoſopho, ſed honor eſt majus bonum quam laus, ergo honor laudem continet, ergo ſi fœlicitas ſit bonum honorabile, erit etiam laudabile.

Reſp: Omne majus bonum continet minus bonum perfectione, non formaliter: ideo argumentum non concludit; poteſt tamen probabilitèr forſan dici aliter, quam dictum eſt, quòd Ariſt. laudem non excludit, licet dicat eam potius honore dignam, ſed quoniam laus minorem lucem, quam honor habet, ideo virtuti laudem in uno, fœlicitati honorem in alio gradu dignitatis tribuit. Ut ergo virtus & fœlicitas ſunt cognata, ita honor & laus non ſunt diverſa: eſt enim honor nihil aliud quàm laus intenſa.

2 *Dub.* Honorem Deo, Regi, patri tribuere debemus, ergo non ſolùm fœlici.

Reſp. Honor alius { *Divinus*, qui ſoli Deo tribuendus eſt. *Humanus*, qui eſt triplex { *Naturalis*, qui debetur patri propter naturæ impetum. *Servilis*, qui debetur domino propter metum. *Civilis*, qui debetur Regi propter juſtum imperium, & etiam fœlici propter virtutis præmium.

Replica: Rex ſemper non eſt beatus, ergo regi & fœlici idem honor non debetur.

In rege triplex perſona conſideratur, { *Hominis*, & ſic non eodem ſemper honore colitur quo fœlix. *Civitatis*, *Dei*, { ut autem perſonam civitatis aut Dei repræſentat, eadem omnino veneratione habetur dignus, non enim animi probitas, ſed officii majeſtas eſt in regibus, ſubditis reſpicienda; qui itaque in principem arma ſumunt, & numinis majeſtatem violare, & reipub. dignitatem convellere contendunt.

3 *Dub.* Honor eſt objectum unius virtutis; ſcil. modeſtiæ, ut patet in lib. 4. cap. 4. ergo non eſt fœlicitatis præmium, nam latius extenditur fœlicitas, quam una virtus.

Reſp. Non ſolum modeſtia, ſed etiam magnanimitas, & juſtitia in honoribus verſantur: conceditur tamen proprium eſſe modeſtiæ objectum. dicendum tamen quod externus honor eſt objectum modeſtiæ, internus præmium fœlicitatis.

4 *Dub.*

4 *Dub.* Propter quod unumquodque tale, & ipsum magis tale; sed perfecta virtus est laudabilis propter bonam operationem, quæ est idem cum fœlicitate, ergo ipsa est magis laudabilis.

Resp. Est magis laudabilis laude communiter dictâ, non propriè; nec illa regula est ad propositum, nisi illud de utroque univocè dicatur, quod utrique attribuit; sed laudabile non dicitur univocè de virtute & operatione ejus.

5 *Dub.* Si fœlicitas non laudaretur, hoc esset propter sui excellentiam, ut in textu dicit Arist. dicens quod optimorum non est laus, sed propter hoc non carere debet laude, cum Deum laudemus, qui est simpliciter optimus.

Resp. Deus est laudabilis laude distinctâ contra vituperium, non contra honorem (i.e.) *communiter*, non *propriè* sumptâ.

6 *Dub.* Omnis operatio voluntatis est laudabilis, vel vituperabilis; ut habetur in principio 3. Ethic. sed fœlicitas est operatio voluntatis, & non vituperabilis, ergo.

Resp. Ibi capitur laudabile ut distinguitur contra vituperabile, non honorabile.

7 *Dub.* Laudes sunt operum, ut Arist. inquit, ergo.

Resp. Laus duo concernit, alterum ut
- *Fundamentum*, quod est laudabile.
- *Terminum*, in relatione ad quem est laudabile, cum itaque dicitur laudes esse operum, intelligendum est tanquam terminorum per relationem ad quos virtus est laudabilis.

8 *Dub.* Ideo virtus laudatur quia est bona, ideo fœlicitas cum sit maximè bona maximè laudatur.

Resp. Est maximè laudanda laude communiter dictâ.

De habitudine potentiarum animæ ad rationem. Cap. 13.

In hac quæstione observare convenit, &

Fundamentum, quod consistit partim in
- *Distinguendo* appetitum, ipse enim duplex est, alius
  - *Intellectualis*, qui rationalis appellatur, quæ principaliter & tanquam in seipsa habet rationem formaliter.
  - *Sensualis*, qui etiam rationalis dicitur non principaliter, ita quod in se habeat rationem, non enim cognoscit, neque ratiocinatur, sed participativè, sic quod est aptus judicium rationis exaudire, & rationi obedire, sicut dicit Arist. non tamen ita quod à ratione cogatur, sed liberè obedire potest.
- 1 *Appetitum*, ad quod notan-
  - *Immediatè*, & *secundum se* in voluptuosum & turpe, cum secundum se adversatur rationi, inclinatur.
  - *Mediatè*, & *gratiâ alterius*, ut gratiâ voluptatis & intellectûs præcipientis, potest tendere in fugam ejus, & sic simul ad opposita inclinatur, ad unum directè, in-

Ostendendo habitudinē potentiarum animæ ad ipsam rationem, & primo rationis ad

dum quòd ipse appetitus { directè ad alterum; sicut canis videns cibum inclinatur ad ipsum, sed tamen propter timorem domini inclinatur ad fugiendum: sicut qui projicit merces in mare inclinatur ad salvandum merces propter se, sed causâ salutis inclinatur ad abjiciendum eas.

2 *Voluntatem*, cum enim voluntas sit tanquam Dominus, & appetitus subditus, sæpe cum appetitus sensitivus fortiter tendit in voluptuosum, voluntas consentit, licet ratio dictaverit oppositum: unde potest apparere quod tam voluntas quam appetitus sensitivus potest irrationalis dici, qui non habet in se rationem formaliter; potest tamen dici utrumque rationale secundum quod utrumque aptum est exaudire, & obedire quod ratio dictat.

3 *Vegetativam*, supra quam ipsa & voluntas habent dominium, quoad { Administrationem objecti vegetativæ, circa quod ipsa operetur, scil. cibum & potum, & in hoc contingit nos & rectè agere & pravè, & potentiam vegetativam gravare & conferre.

Non quoad operationem ipsam, nam accepto alimento velimus nolimus, ipsa operabitur, etiam in somno, ubi ligatæ sunt potentiæ sensitivæ; igitur potentia vegetativa est tota irrationalis: ipsa enim non cognoscit, ideo nec ratiocinatur: similiter illa non est apta nata duci ratione, & rationi obedire.

4 *Potentiam motivam* secundum locum: notandum itaque, quòd ipsa potentia & ex parte { *Animæ* non est nisi potentia cognitiva, scil. sensus & intellectus, & potentia appetitiva vel sensualis, vel intellectualis, ut patet in lib. de motibus animalium.

Corporis, ita se habeat, ut requirantur organa quibus anima movet corpus, sicut sunt spiritus, musculi, nervi, junctur membra diversa; de his autem organis corporalibus dicendum quòd anima principatur corpori principatu dispositionis quoad hujusmodi organa, 1. Polit. non tamen debent hujusmodi organa rationalia dici, sicut sensitivus appetitus, nisi impropriè valdè, & secundum remotā habitudinem, eo quod sunt instrumenta quibus ratio & voluntas utuntur ad extrinsecum opus exequendum, & præsertim quia hæc propriè

propriè dici non possunt obedire rationi, quia obedire propriè non est, nisi ejus quod in oppositum liberè potest; at hæc organa non possunt in oppositum ejus quod volumus, dicuntur autem ideo voluntas & appetitus rationales per obedientiam, quia rationi obediunt, tamen in oppositum liberè possunt.

Incontinentium, incontinens enim habet rationem rectam, quod est turpe hoc facere, victus tamen appetitu facit, unde patet quòd in eo appetitus adversatur & obviat rationi; unde patet quod appetitus sensitivus non solum obviat rationi, sed & voluntati, voluntas enim trahens ipsum ad id quod ratione judicatũ est esse faciendum, facit qd ipse quasi tremebundus & invitus movetur ad faciendũ illud quod jubet appetitus intellectivus.

1 *Appetitus sæpè adversatur rationi*: qd ostenditur, & ex parte ipsorum

Continentium, non enim diceretur quis propriè *continens*, sed simpliciter *temperatus*, aut *fortis*, nisi haberet concupiscentias pravas, qui tamen continentiâ retentus non sequitur eas. Aliqui hoc idem conantur probare ex parte vitiosorum, quia cùm ratio semper ad optima deprecetur, ut dicit Aristot. nulla esset occasio quâ ad mala quis traheretur, nisi esset in eo appetitus inclinans ipsum ad oppositum rationis. Licet autem ratio suâ naturâ semper deprecetur ad optima, pravâ tamen interdũ consuetudine & obfirmatione vitiosâ offuscatur ratio, ipsumque judicium rationis pervertitur.

Conclusiones duæ,

2 *Appetitus est aptus obedire rationi*; quod ex parte continentium apparet, ubi ratio vincit appetitum sensitivum; quod etiam magis apparet in sobrio, & forti, & quocunque perfecto, quoniam in tali videmus appetitum sensitivum ita perfectè rationi obedientem, quod in talibus videmus etiam sine tristitia ipsas contemnere voluptates, & difficilia aggredi.

Dubitationes.

1 *Dub.* Quod obedit rationi non adversatur ei, sed pars sensitiva est hujusmodi. Ergo.

Resp. Sicut liber subditus qui natus est obedire domino non semper obedit, ita licet appetitus sit natus obtemperare rationi, non tamen semper obtemperat.

2 *Dub.* Natura semper rectè, & bene operatur, nisi impediatur, quia disponitur à superioribus causis in quas non cadit error 1. 2. *Met.* sed non esset bonum opus, si pars sensitiva rationi adversaretur, non enim est bona politia in qua subditi adversantur principi, sed ratio debet principari parti sensitivæ. Ergo.

Resp. Natura non bene operaretur si ita faceret partem inferiorem rebellantem rationi, quod non esset apta nata ei obedire; sed si non facit eam actu obedientem, non propter hoc malè operatur, quia sicut natura non debet deficere in necessariis, ita non debet abundare in superfluis; non ergo debuit parti inferiori actum dare

obedientiæ, cùm ipsam natam fecerit obtemperare superiori, & cum parti superiori dederit dominium, & virtutem deducendi ad actualem obedientiam partem inferiorem. Et oportuit propter vitæ necessitatem ante usum rationis, quòd natura fecisset appetitum sensitivum in suum objectum tendentem, ad sensûs apprehensionem sine regimine rationis, & per consequens quòd possit in aliud ferri ab eo quod recta ratio dictat.

3 *Dub.* Ordinata ad finem fini ipsi non adversantur: sensitiva autem ordinantur ad finem rationalem, quia deterius semper est gratiâ melioris. 7. Politicæ. Ergo.

Resp. Ordinata ad finem disposita & directa modo debito, non adversantur fini; aliqua tamen sunt, quæ si sine regimine relinquerentur, non prodessent ad finem ad quem multum proficiunt, quando debitè reguntur, sicut equi in bello; & ita est de appetitu sensitivo.

4 *Dub.* Debet esse in minori mundo sicut in majori, 8. *Physic.* At in majori mundo superiora non adversantur inferioribus, sed tota virtus inferiorum derivatur à superioribus, 1. *Meteoro.* Ergo similiter in minori mundo, scil. in homine, pars inferior, scil. sensitiva, non adversatur superiori, scil. rationali.

Resp. Sicut in majori mundo aliquando inferiora propter materiæ indispositionem superioribus adversantur, ita in minori appetitus propter ejus cum sensu & voluptate cohærentiam interdum rationi oppugnat.

De subjecto Virtutum Moralium, Cap. 13.

In hoc Capite observantur &

Absolutè, secundum suam essentiam & affectiones, & sic in libro de anima, tractatur anima.

Fundamentum, quod consistit partim in

Ostendêdo causas quare debet anima ab Ethico tractari: nota, quòd anima consideratur dupliciter, aut

Comparatè, per respectum ad virtutes; ea igitur est cognoscenda Ethico, ut ut intelligatur

1 *Subjectum* virtutis, quod est

Appetitus inchoatè,

Voluntas perfectè,

Nam quod est superficies ad recipiendum colorẽ, id est appetitus voluntati ad recipiendam moralem virtutem.

2 *Objectum* virtutis

Intellectuale, *Morale*, quod est

Verum,

Bonum,

Quæ ambo sunt in animo.

3 *Æternitas* virtutis, quæ ab æternitate animi dependet, ut est in 10 *Ethic.*

4 *Perfectio* & finis virtutis, qui est animum studiosum & beatum facere.

Distinguendo

Distinguendo appetitum, nam alius quidem est
- *Sensitivus*, qui potest considerari, vel ut est
  - *Contumax*, quasi servus, & sic non est virtutis subjectum quia rationi repugnat.
  - *Obediens*, ut filius, & sic est virtutis subjectum, sed inchoatum, quia in eo virtutes inchoantur.
- *Intellectivus*, qui voluntas dicitur, & hic est vel
  - *Rudis*, & quasi rasa tabula, apta tamen ad bonum.
  - *Formata*, quæ est subjectum virtutis perfectum, & ultimum, quia in ea virtutes perficiuntur.

Explicando rationes quare meliora sunt somnia bonorum quàm malorum, nempe et propter
1. Impressionem aliam bonorum objectorum in externis sensibus, qualia sunt simulachra virtutum ante oculos, & sapientum verba quasi semper sonantia in auribus.
2. Frequentem actionem bonorum operum, ut sunt inopes pecuniâ, consilio ignorantes juvare.
3. Assiduam meditationem optimarum virtutum, quæ animum sic confirmat, ut ne somno corporis à virtutis studio, & contemplatione detrahantur.

Conclusiones istæ
1. *Appetitus est subjectum virtutum moralium*; etenim potentia non serva omnino, & inclinata ad oppositum rationis, indiget consuetudine & habitu contrario dictæ inclinationi inclinante ipsam ad judicium rationis sequendum, antequam possit delectabiliter & promptè sequi judicium rationis; sed appetitus est talis potentia, & tamen oportet ipsum promptè & delectabiliter sequi rationem. Ergo nec apparet quis sit ille habitus, nisi moralis virtus.

Voluntas est subjectum moralium virtutũ, quod ostenditur &
1. Ratione simili ei de appetitu sensitivo.
2. Quia virtutes & vitia sunt in nostra potestate.
3. Quia utriusque actiones voluntarias esse Arist. demonstrat.
4. Quia habet
   - Appetitus solum rationem influentem per participationem,
   - Voluntas rationem sibi inhærentem per constitutionem,
5. Quia si appetitus desinat, manet tamen virtus, ergo appetitus non est subjectum.
6. Quia virtus homini propria, debet esse potius in ea potentia, quæ est homini propria, ut voluntas, quàm in ea quæ est homini communis cum belluis, ut appetitus.
7. Quia, virtus intentionem facit rectam, 6 *Eth.* & in fine 6 dicitur, qd non solũ secundum rationem

rationem rectam, sed cum recta ratione virtus habitus est. Item 2 *Ethic.* virtus est habitus electivus, & quod ex ea supervenit delectatio, tanquam operi studioso, sed hæc omnia aut soli voluntati, aut primò, & appetitui sensitivo, tanquam quia regitur à voluntate. Ergò.

Appetitus respectu { *Objecti* est communis nobis cum belluis. / *Rationis*, cui subjicitur est proprius homini.

Dubitationes.

1 *Dub.* Voluntas est appetitus, illæ sunt in voluntate, Ergò.

Resp. Sunt in appetitu { *Intellectivo*, nam ille est voluntas. / Non *sensitivo* de quo loquimur.

2 *Dub.* Quod est naturâ suâ rationis omnino expers virtutis, quæ, rationis norma est, non est subjectum: sed appetitus talis est. Ergo.

Resp. Quod est expers rationis naturâ & potentiâ & actu, non est virtutis subjectum: at appetitus licet sit actu expers, est tamen aptitudine capax rationis, non est subjectum ut aptitudine, sed actus primum tamen, & incompletum, non ultimum & perfectum subjectum.

3 *Dub.* Appetitus est accidens, & virtus est accidens, sed accidens accidenti inesse non potest. 2 *Topic.* ergo nec virtus appetitui.

Resp. Subjectum est vel { *Ultimum*, & hoc semper est substantia. / *Medium*, & hoc potest esse accidens.

4 *Dub.* Appetitus est sedes affectuum 3 *Topic. c. sp.* 10. Ergo non est subjectum virtutis, nam virtus et affectus sunt contraria; nam virtus rectam rationem conservat, affectus hominem à recta ratione avocat.

Resp. Affectus { *Acres* à recta ratione abducunt, et cum virtute in eodem non consistunt. / *Mediocres*, et veluti virtutis imperio moderati, quæ cum virtute in appetitu consentiunt.

Dub. 5. In somnio, inquit *Arist.* 1. *Ethic. cap.* 13. *text.* 4. bonus à malo non discernitur, ergo non sunt meliora somnia bonorum quàm malorum; si etiam meliora essent bonorum somnia, bonorum à malis hoc modo erit aliqua distinctio.

Resp. Bonus à malo per somnium non distinguitur: attamen per somnium bonus à malo plerumque discernitur: nam somnus est ligatio sensuum, tam in bonis, quàm in malis, sed somnium est agitatio mentis quædam, quæ ligatis externis sensibus intus aliquando meditatur: quare etsi bonus à malo per somnium naturaliter non distinguitur, moraliter tamen quodammodo videtur distingui.

TRACTATUS

TRACTATVS SECVNDVS
IN LIBRVM SECVNDVM ETHICORUM ARISTOTELIS Ad Nicomachum.

De generatione virtutum.

CAP. I.

In hoc capite observantur

Explicatio quæstionis, quæ consistit partim in

- Distinguendo, & quidem
  - *Naturale*, quod sumitur altero modo ut distinguitur contra
    - *Violentum*, & sic non est dubitandum, quòd virtutes nobis naturaliter insunt, non enim violenter imprimuntur.
    - *Voluntarium*, sc. contra illud quod fit per electivam operationem & liberam; sic verò nobis non naturaliter ingenerantur virtutes, sed à voluntate.
    - *Inconveniens*, quomodo idem est naturale quod conveniens, & hoc etiam modo virtutes naturaliter nobis inesse dicuntur.
  - *Causas efficientes* virtutum,
    - 1 *A natura* per *inchoationem*, eò quòd habemus naturaliter inclinationes ad eas suscipiendas; susceptivum enim earum est potentia animæ appetitiva & intellectualis, et sensualis, ut dictum est; hæ autem potentiæ insunt nobis à natura, nam *potentes sumus à natura*, 2. Ethic. cap. 5. text. 6. Illa

Virtus enim à triplici causa, ut

- igitur inchoatio quam virtutes habent à natura, est illud esse quod habent à suis principiis præexistentibus à natura.
- 2 *A doctrina* per *excitationem*, eò quod ipsa declarat bona ex virtutibus et mala ex vitiis nobis provenientia; et quantum per virtutes ad nostram perfectionem summam appropinquamus, et quantum per vitia ab ea removemur.
- 3 *A consuetudine* per *perfectionem*, non enim perfectas aut à doctrina recipimus virtutes, cùm interdum doctrinam iterum contingit nihil secundum virtutes agere; aut à natura, ut inferiùs positæ ostendunt rationes. Ergo per consuetudinem bonorum operum.

Ostendendo, tum equidem

Diversum modũ quibus res insunt à natura; illud enim est vel

- *Internè* et essentialitèr, et sic partes definitionis, adeoque ipsa definitio à naturâ inesse dicitur.
- *Externè* et consequentèr, idque scil. vel
  - *Completè* secundum formam, ut splendor in sole, calor in igne, gravitas in terrâ, quæ aliter se habere non possunt, et de iis hic agit Arist.
  - *Incompletè* et secundum materiam, ut folium in planta, barba in viro, et hæc, etsi sunt à natura, aliter tamen se habere possunt.

Rationes quibus probatur virtutes non inesse nobis à natura quarum alia ducitur,

- 1 Ab usu naturæ, quia quæ insunt à natura non possunt mutari; at virtutes possunt.
- 2 A potentia naturæ, quæ non sufficit ad producendum virtutes sine actionibus.
- 3 Ab exemplo, quia ignavi et inertes non sunt studiosi, quod tamen contingeret si inessent à natura.
- 4 Ab autoritate legum-latorum, quia lege, præmio, et consilio movemur ad virtutem, quod non fieret si à natura concederentur.
- 5 A causa et modo, quia usu et exercitatione solùm acquiruntur.

Dubitationes

Dubitationes

1 *Dub.* Virtutes insunt à natura, quia neque contra, neque præter naturam secundum Arist. textu 2. Ergò.

Resp. Virtutes insunt { *Aptitudine*, et potentiâ à *natura*. / *Actu*, aut quoad { *Habitum* / *Operationem* } à *consuetudine*. }

2 *Dub.* Quæ nobis à natura tributa sunt, eorum primò facultates accipimus, deinde muneribus fungimur, sed virtutum potentias sic habemus, deinde illarum muneribus fungimur: utraque propositio est in textu. Ergo.

Resp. Procedit argumentum ex affirmantibus in secunda figura: deinde dicendum quòd duplices sunt potentiæ, { *Formales*, & perfectæ ut sensus, quæ in se actionem sine præcedente habitu continent, ut visus. / *Imperfectæ*, quæ sine medio actum non possunt elicere, & tales sunt potentiæ virtutum. }

3 *Dub. Quicquid inchoat natura illud ipsum perficit*, 2. Physic. cap. 8. at natura inchoat virtutes. Ergo.

Resp. Vera est major, si possit.

4 *Dub. Nihil dat causam alicujus quod etiam medium illud acquirendi non dat.* 1. De Animâ. sed natura dat causam virtutis, scil. potentiam & appetitum, ut hîc docetur, virtus autem est medium. Ergo.

Resp. Causa est duplex { *Remota*, quæ respectu virtutis est naturalis potentia; at de his Philosophus non intelligit. / *Proxima*, de quibus loquitur Philosophus in majori, quæ sunt respectu virtutis actio, usus, & consuetudo, & sic minor est falsa. }

5 *Dub.* Quælibet potentia animæ naturaliter versatur circa objectum proprium & naturale, sed *proprium & naturale objectum voluntatis est bonum*, 3 Ethic. cap. 4. tex. 5. Ergo, voluntas naturaliter circa virtutem versatur, & consequenter naturaliter acquiri potest virtus.

Resp. Objectum voluntatis aliud est { *Internum*, ut affectus qui naturaliter acquiri potest. / *Externum*, ut virtus, quæ naturaliter acquiri non potest. }

6 *Dub.* Veritas inest naturaliter intellectui, quia *multa credimus à natura sine probatione*, 1. Meta. 2. Demonstrat. cap. 9. tex. 2. Ergo virtus inest naturaliter voluntati, nam eodem modo se habent intellectuales & morales virtutes, si modum acquirendi spectes, nam & hæ & illæ exercitatione indigent & tempore.

Resp. Verum est { *Naturale*, cui creditur sine ratione. / *Morale*, quod non acquiritur sine usu & actione; nam ut voluntas est rasa tabula respectu moralis boni, ita intellectus respectu moralis veri. }

7 *Dub.* Omnibus videtur singulos mores inexistere naturâ; aliqualiter enim justi & temperati, & fortes. 6. Ethic. cap. 13. tex. 2. Ergo.

Resp. Aliqualiter sumus justi, *&c.* scil.
- Per *inclinationem* & inchoationem, à natura.
- Per *excitationem* & dispositionem, à doctrina.
- Per *formalem perfectionem*, ab actionibus & consuetudine.

8 *Dub.* Quæ insunt nobis à naturalibus causis insunt nobis à natura, sed à potentiis naturalibus, naturalibusque actibus earum potentiarum insunt virtutes. Ergo.

Resp. Insunt nobis naturaliter
- Ut naturaliter distinguitur contrà violenter.
- Non contrà voluntariè.

9 *Dub.* Insunt ab anima rationali, ut patet, Ergò à naturâ.

Resp. Dicendum est (ut priùs) vel quòd insunt à naturâ
- *Remotè.*
- Non *proximè.*

10 *Dub.* Illud est à natura per quod habens est maximè secundum naturam, sed talis est virtus. 7. Phys. Ergò.

Resp. Virtutes sunt nobis
- *Naturales*, ut naturale distinguitur contra inconveniens.
- Non, ut distinguitur contra voluntarium.

11 *Dub.* Si virtutes insunt per assuefactionem, aut ergò, in justis, aut injustis operibus; non in illis eò quòd justa opera præsupponunt justitiam; nec injustis, ut est manifestum. Ergò.

Resp. Fiunt à justis operibus; opera autem dicuntur justa dupliciter, vel quidem quia procedunt
- Ab *habitu* justitiæ, & sic ista opera justa dici non possunt, quia præsupponit talis actio justitiam.
- A *voluntate* immediatè proprio impetu suæ libertatis sequente judicium rationis, & talis operatio justitiam non supponit, nisi dispositione, non habitu.

12 *Dub. Mathematica unicam sensationem requirit pro suorum principiorum notitia.* 1. Ethic. cap. 10. *experimentum autem multas requirit & sensationes & memorias*, 1. Metaph: & 2. Demonst. cap. ultimo, ergò omnis virtus intellectualis non indiget experimento, ut dicit philosophus.

Resp. Omnis virtus intellectualis indiget experimento, vel
- *Completo* & pro toto, ut naturalis & moralis philosophia.
- *Incompleto*, pro parte aut principio, ut Mathematica, cujus principia cognoscuntur ex unicâ præhabitâ sensatione.
- *Similitudinario*, ut Dialectica in qua non est verum, sed analogicum experimentum, scil. invenire terminos.

13 *Dub. Virtus est idem quod mos*, ut declaratur l. 2. cap. 1. tex. 1. Ethic. Ergò non generatur ex more, ut hìc dicitur.

Resp. Mos
- *Materialiter*, & sic dicit duo
  - *Moram*, &
  - *Modum*, est enim mos hoc modo mora diuturna operationum similem modum habentium.

sumitur

sumitur dupliciter, aut quidem
- *Formaliter*, & sic etiam duo includit, & quidem
  - *Moderamen, dirigens & præcipiens*, & sic habet vim legis.
  - *Moderamen*, voluntatis *inclinativum & obtemperativum*, & sic est dispositio appetitûs, & moralis virtus: unde ergò Arist. quod mos in ultima significatione generetur ex more in prima significatione.

Mos sumitur, aut pro
1. Multitudine similium operationum.
2. Jure
3. Habitu & dispositione.

14 *Dub. Virtus* intellectualis sicut moralis indiget consuetudine, ut patet in citharædo, ædificatore &c. moralis autem sicut intellectualis indiget experientiâ, quia non potest esse consuetudo sine experientia. Ergo non differunt istæ virtutes penes generationem, ut dicit Arist: lib. 2. cap. 1.

Resp. Pertinet ad generationem virtutis
- Intellectualis
  - Per se experientia.
  - Per accidens consuetudo.
- Moralis
  - Per se consuetudo.
  - Per accidens experientia.

☞ Notandum quòd natura animæ se habet ad virtutem, & in ratione
1. *Materiæ*, quia perficitur per virtutem ut suum proprium actum.
2. *Formæ* principalis inclinantis ad virtutem, tanquam ad sequelam sibi debitam, qua anima naturaliter inclinatur ad fœlicitatem quæ non nisi per virtutem acquiri potest.
3. *Efficientis*, quæ efficit illas operationes ex quibus generatur virtus, quare mediantibus istis generat virtutem.
4. *Finalis*; quia perfectio essentialis (qualis est anima) est quodammodo finis perfectionis adventitiæ omnis.

15 *Dub. Natura non deficit in necessariis*, 2. de cœlo, & 2. de animâ: sed virtutes sunt homini necessariæ, quia sine ipsis non possit assequi finem suum, qui est fœlicitas, lib. 1. Ethic. cap. 4. tex. 1. Ergò virtutes sunt à naturâ.

Resp. Natura dat omnia necessaria, aut quidem
- Actu & immediatè, ut naturales potentias, & bona quæcunque naturalia.
- Mediatè, ut virtutes & operationes virtutis, quas mediante consuetudine tribuit, non tamen dat natura immediatè omnia necessaria.

16 *Dub.* Quod præcedit omnem habitum est à naturâ, sed virtus omnem habitum acquisitum præcedit, v.g. ex justis operibus fit habitus justitiæ, sed priùs operamur justa opera, quàm acquiratur illa justitia; Ergò justitia qua volumus aut operamur justa, præcedit habitum justitiæ.

Resp. Volumus justa velut, aut quidèm
- *Potentiâ*, & sic volumus justa ante justitiam.
- *Habitu*, & sic non volumus nisi post acquisitionem.
- *Actu*.

17. *Dub.* Quæ sequuntur nativitates hominum bonas vel malas sunt à naturâ,

tuâ, *sed virtus & vitium sequuntur nativitates hominum, virtus bonas, & vitium malas, ut concedit* Arist. 3. Ethic. cap. 5. tex. 1. Ergò.

Resp. Virtus & vitium non sequuntur nativitates hominum nisi mediante consuetudine, & tunc virtus malum, bonâ adhibitâ consuetudine, & vitium bonum malâ mediante consuetudine consequi potest.

18 *Dub.* Finis doctrinæ est à doctrinâ, *sed virtus est finis moralis doctrinæ*, ut dicitur in fine, 1. lib. Ethic. Ergò, est à doctrina quod hîc negatur.

Resp. Virtus est à doctrina, ut { Ab excitante, disponente, dirigente. / Non operante, producente, perficiente.

An virtus possit corrumpi?

☞ Notandum quod aliqua forma potest corrumpi multipliciter, aut ad corruptionem
1 *Subjecti* sui, sicut virtus visiva ad corruptionem oculi.
2 *Objecti*, sicut opinio vera fit falsa ad objecti mutationem.
3 *Actione contrarii*, sicut frigiditas ex actione caloris.
4 *Conservantis sui*, sicut lux, à nostro horizonte ipso recedente sole, qui est ejus causa.

☞ Notandum quòd virtus est dupliciter corruptibilis,
Positivè, per exercitium malorum operum, cùm enim exercitium malorum operum generat vitium positivè, certe corrumpit virtutem positivè.
Privativè, per otium bonorum operum, eo quod cessante causâ ejus, quæ est exercitium bonorum operum, (ut in hoc libro docetur,) effectus ipse cessat.

Dubitationes.

1 *Dub.* Si eo modo positivè corrumpatur virtus, tunc oportet quòd anima vitiosa applicetur animæ virtuosæ, & anima vitiosa ageret in animam virtuosam, at hæc applicatio animarum & actio est impossibilis. Ergo.

Resp. Contrarium unum corrumpitur ex actione alterius dupliciter, vel quia contrarium unum in alterius contrarii subjectû, aut
Agit, ut calor ignis in subjectum frigiditatis, frigiditatem corrumpit, & sic virtus ex actione contrarii non corrumpitur.
Agitur, sicut in terra frigida non agente aliquo formaliter calido, frigiditas terræ corrumpitur, non quia caliditas agit, sed agitur; sic in proposito dicendum, quod anima vitiosa non agit in aliam studiosam, sed vitium per opera mala agitur in anima virtuosa.

2 *Dub. Virtutes sunt permanentiores disciplinis*, 1. Ethic. cap. 10. tex. 4. propter majorem continuitatem in operationibus virtutum, quàm disciplinarum. Ergò, virtus non est privativè corruptibilis.

Resp.

Resp. Licet virtutes sint disciplinis permanentiores, non tamen sunt omnino immutabiles, quoniam anima potest non operari, & potest virtute non uti, quando virtus exigit uti; notandum enim quòd & respectu

{ *Inclinationis virtutis*, non possit forsan fieri tam diuturnum otium.
Libertatis voluntatis potest tale otium admitti, & oppositum exercitium præmitti.

An naturalis appetitus potest assuefieri ad oppositum ejus ad quod ipse naturaliter inclinatur.

Inclinatio naturalis quæ distinguitur contra casualem est duplex,

{ *Actualis*, inter quam scil. & motum seu actum consequentem non est dare medium.
Aptitudinalis, inter quam & motum seu actum consequentem necessariò datur medium. Verbi gratiâ, in ferro est inclinatio naturalis ad centrum & adamantem, prima tamen actualis, quia nullo alio requisito movetur ex gravitate ad centrum, nisi sit prohibitum, & si sit prohibitum semper tamen inclinatur deorsum. Secunda aptitudinalis, quia ex illâ solâ naturali inclinatione ferri ad adamantem non movetur ferrum; nisi priùs factâ actuali quâdam impressione in ferro ab adamante. Notandum autem quòd nihil contra naturalem inclinationem actualem assuefieri potest, nec ipse appetitus vinci aut sisti; aptitudinalis tamen licet aliter non potest assuefieri, potest tamen sisti; sicut apparet in ferro quod positum inter duos adamantes æquales & æqualiter distantes, ad utrumque æqualiter tractum ad neutrum movebitur.

Dubitationes.

1 *Dub. Appetitus corporeæ delectationis naturaliter nobis inest*, 2. Ethic. cap. 3. est enim nobis connatus & connutritus, sed ad oppositum possumus assuefieri per temperantiam. Ergo.

Resp. Possumus assuefieri in appetitu intellectivo contra naturalem inclinationem appetitûs sensitivi, est enim bonum virtutis in declinando à malo, appetitui sensitivo non condescendere; appetitus tamen sensitivus, qui naturaliter inclinatur ad voluptatem corporis, non potest aliter assuefieri: *signum* enim secundum Arist. in fine 2. Ethic. *inclinationis ad aliquam rem, est inclinatio sequens illius rei adeptionem.* Sic homo quantumcunque studiosus, si adipiscatur actum Venereum, ita delectabilem sibi esse experietur, ac aliquis quantumcunque impudicus, nisi quòd hic & in sensitivo, & intellectivo appetitu, ille verò in sensitivo solùm delectabitur. Quare fuit signum quod appetitus sensitivus viri studiosi, ita fuit inclinatus ad actum illum sicut appetitus impudici.

2 *Dub. Verecundia naturaliter inest alicui.* lib. 2. & 4. Ethic. cap. 9. sed potest per turpia opera assuefieri ad inverecundiam. Ergo.

Resp. Illa passio verecundiæ recedit quidem tota adveniente inverecundiâ, sicut juventus

juventus adveniente senectute, talia namque naturalia quæ ut in pluribus sequuntur ætates possunt amitti.

3 *Dub.* Quilibet naturaliter est pronus ad unum vitium magis quam ad oppositum, & ad unam virtutem magis quàm ad vitium, et tamen secundum Philosophum in fine hujus libri assueseri possumus ad oppositum pronitatis illius; Ergo.

Resp. Potest ratione appetitûs intellectivi mutari ad oppositum ejus ad quod naturaliter inclinatur appetitus sensitivus, sed non est verum respectu ejusdem appetitûs.

4 *Dub.* Hoc idem exemplo *Arist. lib. 2. c. ult. tex.* 3. ibi ostenditur, nam tortuositas inest naturaliter ligno, quod tamen per flexiones frequentes ad alteram partem potest rectè fieri. Ergò.

Resp. Illud est solùm exemplum tertii: nec est illa tortuositas simpliciter naturalis, accidit enim surculo crescenti quòd sit curvus aut rectus.

5 *Dub.* Cùm passiones nobis non insunt per artem nec fortunam, nec electionem, certè per naturam, tamen homo in iis aliter assuescit.

Resp. In passionibus duo considerantur, & quidem
- *Passio ipsa*, cui naturaliter non omni tamen homo subjicitur, ab his autem homo assuesci non potest.
- *Modus passionis*, ut excessus, defectus, mediocritas, & in his homo variè assuesci potest, sed hæc non sunt homini naturalia.

6 *Dub.* Intellectus naturaliter inclinatur ad veritatem principiorum, & per se notorum, & tamen per consuetudinem impeditur, ab eâ, ut inquit *Aver. in Prolog. 3. Phys.* Ergò.

Resp. Intellectus ad cognoscendam veritatem aliquorum principiorum est determinatus
- Ex se, ut ad veritatem dignitatum, & ad hæc negandæ assuefieri non potest.
- Ex certo quodam discursu insensibili, ut ad veritatem positionum; & ad negandam hanc transferri potest.

An virtus ex operationibus in nobis generetur.

1 *Causa materialis*, & sic virtutes non fiunt ex operationibus, eò quòd materia se habet ad formam, ut potentia ad actum, sed operationes non habent rationem potentiæ, & virtutes actûs, sed potiùs è contra.

☞ Notandum quod præpositio (*ex*) potest capi, vel ut significat ipsam habitudinem
- 2 *Termini à quo*, & nec sic fit virtus ex operationibus, nam operatio non opponitur virtuti, at terminus à quo termino ad quem opponitur. 5 *Phys cap.* 1.
- 3 *Efficientis*, & nec sic adhuc virtus fit ex operationibus, quia tum operatio esset operans, & sic operatio est subjectum operationis: quia etiam virtus operatioque sunt in eodem subjecto, scil. appetitu, talia verò unum (ut quidam dicunt) alterius effectum esse non potest.

4 *Actionis*

4 *Actionis* aut *motûs*, & sic tandem virtus fit ex operationibus: non tamen existimandum quod virtus sit illius operationis terminus intrinsecus, sed extrinsecus, sicut forma substantialis est terminus alterationis, unde sicut forma substantialis est per operationem, per quam agens materiam disponit, & tandem formam attingit, sic agens per operationes disponit ad virtutem, & tandem eam attingit

☞ Notandum etiam quòd causa efficiens istarum operationum & virtutum est duplex,

- *Passiva*, quæ est potentia ipsa appetitiva, ipsa enim respectu sui primi actus activa esse non potest, nam tum non indigeret objecto, sed semper esset in actu appetendi.
- *Activa*, quæ etiam duplex est, aut
  - *Remota*, ut objectum, quod requiritur ad determinandum appetitum ad actum, sicut agens particulare ipsum universale ad effectum.
  - *Proxima*, est quidem aut
    - *Species objecti*, cum ipsa sit objecti similitudo, ipsum autem objectum activum sit, sequitur, quòd ipse etiam ad actum appetendi se activè habeat.
    - *Actu apprehendendi*, ipsum enim objectum non agit nisi ut sit actu apprehensum, hîc autem loquimur de interna & immanente actione quæ est appetere, velle, meditari, intendere virtutem.

Dub. Sicut effectus à sua causa entitatem, ita habet & bonitatem, ideoque causa effectu melior esse debet, sed operationes præcedentes virtutem non sunt meliores virtute, cùm sint propter eam, ex iis ergo non generatur virtus: at nec generatur ex operationibus sequentibus virtutem. Ergò.

Resp. Verum est quòd actiones non sunt principalia agentia virtutum, sed viæ solum, seu media, seu actiones, quibus agens principale agit ipsam, nec tales causas oportet effectu meliores esse.

An virtus generetur ex operibus secundum rectam rationem commensuratis.

- *Immanentes*, aut
  - *Voluntati*, ut eligere.
  - *Appetitui sensitivo*, ut appetere.
  - *Membris corporalibus*, ut eorum motus.
- *Transeuntes* à nobis ad res exteriores, v.g. in operatione liberalitatis postquam ratio prudentiæ judicavit tali dandum esse tale donum, voluntas hoc primò eligit faciendum, ideoque imperat inferioribus potentijs ad hoc faciendum. *Secundò*, appe-

☞ Notandum quòd quadruplices sunt virtutum moralium operationes, quarum sc. quædam sunt

titus sensitivus consentiens imperio voluntatis illud appetit facere, ideoque movet corporalia membra ad illud faciendum. *Tertiò*, igitur corporis membra motum illum ab appetitu recipiunt. *Quartò* verò possibile est in tali executione, quòd à membris motis motus in exteriores res recipiatur. Sciendum autem quòd singulæ harum operationum ex hoc dicuntur bonæ, quia ad rectam rationem commensuratæ, hoc est, quia sunt tales quales recta ratio decrevit eas esse debere, quantum autem ipsæ à tali commensuratione deficiunt, tantum malitiæ incurrunt. Notandum tamen quòd istæ operationes non necessariò consequuntur se invicem in bonitate & malitia; sed aliæ possunt esse bonæ, & rationi commensuratæ, aliis existentibus malis, & incommensuratis. v. g. potest electio in voluntate esse peroptimè rationi consona, tamen fortè appetitus sensitivus ad oppositum passionatus, etsi absolutè rebellare non possit, tamen cum tristitia multotiens obtemperat rationi, propter quod non erit ejus operatio perfectè rationi consona: sed iterum dato quòd & voluntas & appetitus optimè consonant rationi, tamen fortè membra propter inconsuetudinem non erunt ad exequendum agilia; propter quod non possumus sæpe facere tale opus *extrà* quale vellemus, & sic non erit opus *extrà* bonum, actio tamen immanens voluntati erit bona: è contra etiam possibile est quòd actio in voluntate erit valdè mala, opus tamen *extrà* valdè bonum. Ut si ratio recta dicat, amore Dei & non per hypocrysin succurrendum esse pauperi, aliquis autem dives homo per hypocrysin & non pro amore Dei ei succurrat, constat quòd electio erit prava, opus tamen *extrà* erit valdè bonum, quia erit tale in se spectatum, quale ab optimâ electione fuisset.

Notandum etiam quòd habitus generatur

Voluntate, ex operationibus ipsius voluntatis (i.) ex electionibus.

Appetitu, ex operationibus ejus, scil. appetitionibus.

Membris, etiam ex eorũ continuis operationibus & exercitiis.

Cùm enim eædem operationes non sunt per se generativæ diversorum habituum, oportet quòd diversæ operationes in membris, appetitu, voluntate, diversos habitus generent, quæ non videntur esse nisi ipsarum operationes. Dico tamen quòd virtus voluntatis generatur ex voluntatis operationibus rectæ rationi consonis, non enim ex non commensuratis operationibus generatur, eò quòd illæ sunt generativæ malitiæ.

Sciendum quòd operationes exteriores commensuratæ, quamvis sint absque commensuratis electionibus, possunt per accidens multùm proficere ad generationem virtutis in ipsa voluntate, idque hoc modo; nam quamvis hujusmodi operationes invitè fiant & coactè, vel fortè ad malum finem, tamen membra per earum exercitium habiliora redduntur, ut quod erat iis priùs difficile & laboriosum,

ſum, fiat iis facile & ſine labore, unde continget quòd appetitus ſenſitivus priùs propter laborem & difficultatem abhorrens hujuſmodi operationes non ampliùs eas abhorreat, & per conſequens, aut non inclinet, aut non fortiter inclinet voluntatem ad oppoſitum earum; voluntas verò non impetuoſè tantùm tracta per appetitum ſenſitivum ad oppoſitum rationis, facilius eligit quod ratio dictavit; ex qua electione ſi frequens ſit, generatur per ſe virtus in voluntate.

☞ Notandum præterea quòd duplici modo appetitus trahit voluntatem contra rationem:

1 Propter triſtitiam & laborem in exteriori operatione, quam recta ratio judicavit faciendam.

2 Propter delectationem ſenſus in oppoſita operatione: prima autem cauſa, aut amovetur, aut minuitur ex bonarum operationum exteriorum exercitiis, à quacunque proceſſerint electione.

Dubitationes

1 *Dub. Recta ratio agibilium prudentia eſt.* 6. Ethic. cap. ultim. at *prudentia non eſt ſine virtutibus*, ut ibidem patet. Ergo, operationes ſecundum rectam rationem commenſuratæ præſupponunt virtutes, & ita virtutes non ſunt ex iis.

Reſp. Prudentia non eſt formaliter recta ratio, (i.e.) recta ratiocinatio, ſicut nec formaliter virtus eſt recta electio. Imò prudentia eſt habitus determinans intellectum ad ratiocinandum, promptè & firmiter de agibilibus: ſed non dico quòd talis habitus ſit neceſſarius ad rectè ratiocinandum, ſicut nec quòd virtus moralis ſit neceſſaria ad rectè eligendum, imò ex libertate arbitrii nos poſſumus etſi malis habitibus depravati fuerimus, judicare verè, & eligere rectè, licet illud ſit valdè difficile.

2 *Dub. Non erit electio recta ſine prudentia.* 6. Ethic. cap. ultim. text. 15. ſed operationes ſecundum rectam rationem commenſuratæ non ſunt ſine electione rectâ. Non ergo ſunt ipſæ ſine prudentiâ aut virtute, ideò ſupponunt virtutem, & per conſequens virtus non fit ex iis.

Reſp. Non eſt electio recta ſine prudentiâ quidem, niſi difficulter, nam ſic intelligitur ille locus, aliter enim non eſſemus ſemper domini noſtrarum operationum, magis quàm noſtrorum habituum, quod oppugnat Ariſt. 3. Ethic.

3 *Dub.* Vitioſus cùm non habeat rectam rationem non poſſit ſecundum rectam rationem operari, ideò ſi virtus ſit ſolum ex operationibus rectâ ratione commenſuratis, vitioſus nunquam poſſet fieri ſtudioſus, quod eſt falſum, Ergo.

Reſp. Vitioſus quidem

Per habitum inclinatur ad electiones & ratiocinationes malas.

Per arbitrii libertatem poteſt rectè ratiocinari & eligere, cùm inclinatio mali habitûs non nos ad mala neceſſitet.

An operationes præcedentes virtutem & ſequentes ſint ejuſdem ſpeciei.

☞ Notandum quod operatio-

Abſolutè ſecundum ſe, & ſic tales operationes non differunt niſi ſolùm numero, eò quòd ex una earum generatur habitus, ex aliâ verò ipſe idem habitus augmentetur. Item actus diſtin-

nes præcedentes et sequentes virtutem considerantur, vel scil.

guuntur per objecta, & objecta sunt eadem. Ergo.

Comparatè respectu operantium, & sic differunt, quia aliter se habet ad suum opus studiosus, et non studiosus, nam

Non studiosus potest operari (ignorans) bonum, vel non eligens; quia potest operari secundum passionem, non secundum electionem.

Studiosus debet operari et

1 *Sciens* tripliciter, & quidem
- 1 *Opus* suum.
- 2 *Circumstantias* operis sui.
- 3 *Bonitatem* operis sui.

2 *Eligens*
- Opus suum,
- ipsúmque
- Propter bonitatem
- sui operis.

3 *Firmus* & immobilis in sciendo, & eligendo, & exercendo opus suum, cum fuerit opportunum.

Dubitationes.

1 *Dub.* Quanta est differentia habituum inclinantium ad aliquos actus, tanta est differentia ipsorum actuum, eò quòd habitus distinguuntur per actus, sed differunt specie habitus inclinantes ad illos actus. Ergò.

Resp. Vera est minor, si non sint invicem subordinati, de subordinatis autem non est verum; actus enim ad quem inclinat moralis habitus voluntatis, est ille idem ad quem inclinat ipsa voluntas, ita quòd omnis operatio cujuscunque habitus est operatio potentiæ per eum habituatæ.

2 *Dub.* Non est minor differentia actuum quàm causarum, sed habitus inclinantes ad actus virtutem præcedentes, & habitus inclinantes ad sequentes differunt specie, habitus namque naturales inclinant ad præcedentes, habitus autem acquisiti ad sequentes, qui differunt specie.

Resp. Vera esset minor, si causæ non essent invicèm subordinatæ.

3 *Dub.* Studiosè operari & non studiosè operari non sunt ejusdem speciei saltem moris: sed antè virtutem nullus operatur studiosè, quia justè fieri opus non potest sine justitiâ, licet justum potest; at post virtutem operatur studiosè. Ergò.

Resp. Studiosè operari & non studiosè potest intelligi duplicitèr, vel quidem quòd illud adverbium (studiosè) determinet,
- *Operantem*, ita quòd operans sit studiosus, & sic nullus ante virtutem operatur studiosè, sed post: ergò differunt respectu operantis.
- *Operationem*, ita quòd operatio sit studiosa, & sic tam pòst quàm antè operatur studiosè, licèt pòst procedat à virtute addita voluntati, antè ex libertate voluntatis, non sine tantâ cum rectâ ratione consonantiâ ac si à virtute procederet.

4 *Dub.* Bonum & non bonum differunt specie moris, sed opus sequens virtutem

tem est bonum, præcedens est non bonum, eò quòd *virtus habentem perficit, & opus ejus bonum reddit*, 2. Ethic. cap. 6. tex 1. Ergò.

Resp. Virtus reddit opus ipsum bonum
- Non *principaliter*, sed illud facit potentia animæ rectâ ratione informata.
- Sed *dispositivè*, quia determinat voluntatem ad semper eligendum firmitèr & promptè, quod tamen voluntas ex sua libertate possit sine virtute.

An ex unicâ operatione possit generari virtus.

☞ Notandum quòd anima non studiosa potest se 5 modis, vel enim potest esse

1. *Bestialis.* 2. *Vitiosa.* — Et ita anima disposita non potest fieri studiosa per unicam actionem, nam tum essemus domini habituum sicut actuum, quia sicut illa operatio esset in potestate nostrâ, sic etiam depositio habitus vitiosi, & acceptio studiosi, quod est falsum, ut in 3. lib. ostenditur.

3. *In suis naturalibus constituta*, tamen
- Benè nata — Nec ita constituta anima potest per unam actionem fieri studiosa, quia ad esse virtutis requiruntur diversi habitus, unus in intellectu, & alter in appetitu, & ille qui requiritur in intellectu multos actus requirit experimentales, qui omnes unicâ actione non possunt acquiri.
- Malè nata

4. *Sub incontinentia*
- Concupiscentiæ — At nec ita constituta anima potest unica actione virtuosa fieri, quia anima incontinens quæ fit studiosa acquirit
  1. Firmitatem rationis.
  2. Firmitatem electionis.
  3. Quietem contra impetum passionũ; sed hæc tria per unicam actionem acquiri non possunt, ut de se patet.
- Iræ

5. *Continentia subjecta*, aut à virtute ipsâ perfecta
- Remota, — 1. Et sic anima studiosa non potest unicâ actione fieri studiosa, quia per unicam studiosam actionem accidit virtuti, & non eam attingit, licet hoc non sit absolutè impossibile.
- Propinqua, — 2. Et sic anima potest unica studiosa actione studiosa fieri: nam aut per eam appropinquat solùm, & tum non esset proxima virtuti, quod supponitur, aut attingit perfectam virtutem.

Dubitationes.

1 *Dub. Ex isdem actionibus augetur & generatur virtus*, secundum Arist. lib. 2. Ethic.

2 *Ethic. cap. 1. text. 4.* at ex unica actione augetur. Ergò, & generatur.

Resp. Peccat per figuram dictionis, nam quando dico quòd generatur ex iisdem, non dico ex tot, & ideo quando dicitur quòd ex unica operatione generatur, mutatur substantia in quantitatem, & res in modum.

2 *Dub.* Virtus intellectualis generatur ex unica actione, ut scientia ex unica demonstratione, ergo similiter virtus moralis.

Resp. In generatione scientiæ considerandæ sunt duo

1 Evidentia veritatis, & ista bene per unicam habetur demonstrationem.

2 Habituatio & firmatio hujus cognitionis, ne oblivione transeat, & istud ex unica operatione haberi non potest, hæc autem habituatio necessaria est ad moralem virtutem, quæ in prima scientiæ generatione non ita cernitur, ideò argumentum non sequitur.

3 *Dub. Virtutes consistunt in indivisibili*, secundum *Aver. 7. Physic.* tale autem generationem non habet nisi instantaneam; igitur si virtus generetur ex pluribus operationibus, oportet istas plures operationes in uno instanti esse, quod est impossibile: cùm illæ operationes non sint simul, cum una desinit quando alia incipit. Ergò.

Resp. Virtutes consistunt in indivisibili

Quoad suum *complementum* & ultimam perfectionem (i.) virtutes in summo gradu sunt in indivisibili, gradus enim est indivisibilis.

Non quoad totam *Formæ Latitudinem*, tota enim latitudo tempore inducitur.

An virtus possit augeri vel minui?

☞ Notandum quòd virtus dupliciter accipitur, aut quidem scil.

Perfectissimè, in summo gradu, secundum excellentiæ terminum, & ita virtus in indivisibili consistit, est enim terminus uniuscujusque indivisibilis; calidissimum enim nec intenditur nec remittitur, sed calidum, quia non maneret calidissimum.

Communiter, pro omni habitu morali laudabili, quo quis studiosè, firmiter & delectabiliter operatur, & sic virtus non consistit in indivisibili, sed habet latitudinem, aliter enim nullus esset studiosus, nam sicut sanus dicitur unusquisque qui aptus est omnes suas operationes promptè & delectabiliter exercere, licet optimam hu-

Non *Propriè*, nam ista solùm in quantitatibus reperiri possunt.

Sed *Communibus*, ut se ad intensionem & remissionem extendunt, intendi autem & diminui virtutem, patet, ex *Arist. 2 Ethic. cap. ult. text. 5.* dicens quòd *qui à medio parum transgreditur, verissimè non vituperatur*: cum ergo non sit medium in homine habente usum rationis morum

morum & qualitatum proportionem non habeat, ita dicendum de virtute morali, quæ augeri & diminui dicitur augmento & diminutione, inter virtutem & vitium & ille non vitiosus, quia esset vituperandus, sequitur quòd ipse sit studiosus, & quod virtus habeat latitudinem; quanta autem sit virtutis latitudo distinctè determinare difficile est.

Dubitationes.

1 *Dub. Virtus in indivisibili consistit*, secundùm *Aver. 7. Physic.* Ergo non augetur & minuitur.

Resp. Virtus consistit in indivisibili secundum { Ultimum sui gradum. / Non totam latitudinem.

2 *Dub. Ad habitus non sunt motus, 7. Physic.* at augmentatio & diminutio sunt motus, Ergò.

Resp. Est motus ad habitus { Non naturalis & realis. / Sed artificialis & intentionalis.

An virtus possit in nobis generari absque operationibus exterioribus.

☞ Notandum quod non existente impedimento extrinseco, non est possibile virtutem in nobis sine exterioribus operationibus acquiri, quoniam sine rectis electionibus interioribus non potest generari virtus, sed electio voluntatis nunquam est recta, sed imperfecta, si non moveat ad opus exterius operandum quando oportet & sicut oportet: semper autem oportet exercere bonum, si non sit rationale impedimentum, 1. ex necessitate naturæ, quia oportet comedere & dormire, 2. aut ex defectu objecti, vel instrumenti, ut si sit paupertate constrictus: 3. aut ex aliquo accidentali impedimento, ut ex ægritudine, unde sequitur, quod amoto externo impedimento, aut nullæ erunt bonæ electiones, aut exibunt in operationes exteriores. Præterea *sine prudentia virtutes morales esse nō possunt, 6. Eth. c. ult. tex.* 11. prudentia autem perfecta non potest generari in nobis sine multiplicatis operationibus, etiam exterioribus, quoniam per prudentiam perfectam debemus promptè judicare circa quæcunque agibilia quæ possunt nobis occurrere, quid bonum, quid malum, quid melius, pejus; tanta autem diversitas potest accidere circumstantiarum in operationibus exterioribus exercendis, quod nullus potest promptè & semper judicare bene sine maxima experientia, quæ haberi non potest sine multo operum exteriorum exercitio; imò quandoque qui multum experti sunt, sunt in adhibendis consiliis contrarii, propter quod etiam in arduis non solum uno sed pluribus consiliariis indigemus. Ergo sine operationibus exterioribus virtus perfectè generari non potest.

Ipsas

Ipsas verò operationes exteriores appello duplices, alias quidem
- *Privativas* in abstinendo à malis operibus.
- *Positivas*, in exercendo bona opera: absque tamen his posterioribus exercendis potest virtus generari imperfecta, potest enim ex bonis interioribus actionibus generari, licèt non exterioribus propter scientiæ & experientiæ defectum.

Dicitur autem talis habitus virtus imperfecta, &
- Propter *infirmitatem*, quia per impetus passionum frangi potest, quæ in appetitu sensitivo latent, ut si dictus habitus sit confirmatus à judicio rationis, voluntas per appetitum pertrahi non potest.
- Propter *defectum finis*, quia cùm licuerit extrà operari, & occurrant circumstantiæ variæ repugnantes, per quarum aliquas appareat quod opus fieri debeat, per alias alio modo, ille non poterit promptè determinari ad determinandum quid sit optimum propter defectum experientiæ, & etiam per consequens non voluntas erit determinata ad promptè eligendam partem meliorem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Arist. assimilat generationem virtutis & generationem artis in hoc libro *Eth. cap.* 1. text. 4. sed ars non potest generari absque operationibus exterioribus. Ergò.

Resp. Sicut ars intellectu possit quantum ad aliquas conclusiones generales acquiri, sine exterioribus operationibus, licet non quantum ad aliquas conclusiones particulares diversas factis secundùm circumstantiarum diversitates particularium; sic habitus in voluntate sine exterioribus operationibus acquisitus est solùm ad volendum bene agere communiter, sed non ad eligendum benè secundum combinationes particulares circumstantiarum. Dicendum etiam quòd etsi sine exterioribus operationibus possit in intellectu perfecta prudentia generari, tamen ex illa non possit fieri extrà bonum opus, quia non sunt membra ad hoc faciendum agilia, nisi per assuetudinem; itaque quamvis virtus posset in voluntate perfecta fieri sine exterioribus operationibus, tamen non proveniet ex ea æque perfectum opus extrà, sicut si essemus in operationibus exterioribus assueti.

2 *Dub.* *Prudentia non potest fieri in nobis sine multa experientia*, ut sæpè dicitur in 6. Ethic. experientia autem non est sine operationibus exterioribus multiplicatis. Ergo.

Resp. Virtus
- *Imperfecta* absque multâ experientiâ potest fieri.
- *Perfecta* sine ea fieri non potest.

Ita quod ad virtutem
- *Imperfectam* solùm interiores operationes voluntatis,
- *Perfectam* etiam exteriores actiones corporis,

requiruntur.

De

De corruptione virtutis. Cap. 2.

In hac quæstione observantur, & ejus

- Explicatio, quæ consistit in ostendendo
  - Modum duplicem quo ipsa corrumpitur virtus, scil.
    - *Nimium*, quod in excessu,
    - *Parum*, quod in defectu,

    } A virtute ponitur, ipsa autem ideò virtutem corrumpunt, quia ipsa conservatur medio.
  - Duplex genus excessûs & defectûs, nam alii sunt,
    - *Naturales* in *Excessu* / *Defectu* } materiæ, de quibus in physicis.
    - *Morales*, quæ quidem sunt vel scil. in
      1. *Appetitu*, ut extremi affectus, qui nutum & imperium rationis non sequuntur, ut, furor, odium, &c.
      2. *Intellectu*, ut vitia quæ opponuntur virtutibus mentis, ut sunt ignorantia & curiositas.
      3. *Voluntate*, ut vitia quæ opponuntur virtutibus moris, ut avaritia & prodigalitas. Notandum autem quòd quamvis hic præcipuè intelligatur Aristot. de his in postremo membro, reliqua tamen duo membra de affectibus & vitiis mentis huc referri possunt.

Dubitationes

2 *Dub.* Affectus aliquando confirmant virtutem, ut misericordia mansuetudinem, & ira fortitudinem: Ergo, illi hic non sunt intelligendi.

Resp. Affectus alii
- *Extremi*, ut odium, furor, & tales corrumpunt.
- *Moderati*, & tales virtutem adjuvant & imitantur.

Excessus verò & defectus corrumpunt virtutem tum propter
- *Declinationem* à medio, nam hominem cogunt medium relinquere.
- *Delectationem* in vitio, cujus dulcedo nos movet peccare.
- *Obcæcationem animi in bono*, nam cogitur aliquando cæcutire.
- *Obdurationem in malo*, qua tandem cogitur desperare, sic declinantes à medio primùm dulci veneno peccandi capimur, capti obcæcamur, obcæcati obdurescimus, obdurati desperamus.

2 *Dub.* Si omnis declinatio à medio sit virtutis corruptio, ut hîc dicit Aristot. tum qui parum declinat à medio justè reprehenderetur, sed illud negat idem Arist. in 9. capite, tex. 5. ubi dicit quòd *qui paulum aliquid decorum egredatur, non est in vitio.* Ergo.

2 *Resp.* Declinatio à medio fit multis modis, aut per
- *Infirmitatem*, qui labuntur natura.
- *Ignorantiam*, qui cadunt errore animi.
- *Affectum*, ut ejus impetu perturbati.

} Hi meliores facilè fiunt.

- *Malitiam*, qui decidunt furore; hi deteriores semper existunt,

docet ergo Philosophus in 9. cap. omnem à medio declinationem non esse culpandam, non quòd omnis non sit in vitio, sed quia non apparet si sit parva, aut quia spes remanet si non sit malitiosa.

3 *Dub. Qui injusta agunt non sunt injusti*, cap. 4. etiam in lib. 1. cap. 6. dicit Arist. quod qui non animi judicio vel ratione, sed animi perturbatione ducatur ad contrectandam mulierem, sciens quam contractet, facit ille quidem injuriam, sed tamen nondum est injustus, quemadmodum nec fur qui furatus est, nec adulter qui adulteratus, verba sane indigna Philosopho. Ergo, excessus & defectus virtutem non corrumpunt.

Resp. Adulterium, furtum, aliaque ejus generis multa sunt vitia equidem, sed tamen
- Non ex parte *affectûs*, qui affectus neque bonos, neque malos denominant.
- Ex parte *habitûs* & consuetudinis sunt detestanda scelera, detestanda dico quia in illis peccantes quadrupliciter pœnâ coercendos voluit Aristoteles,
  - Unâ propter ignorantiam crassam.
  - Alterâ propter affectum belluarium.
  - Tertiâ propter scelus commissum.
  - Quarta propter injuriam illatam civi.

Virtutes esse circa delectationes & tristitias. Cap. 3.

In hac quæstione observantur, &

Explicatio, quæ consistit partim in distinguẽdo, &
- *Objectum* virtutis; ipsum enim est duplex,
  - *Proprium*, & externum, ut splendida ædificia in magnificentia; salsa dicta in affabilitate.
  - *Commune*, et internum, quod est, aut
    - *Actus*, ut justitia quæ est circa actus quos exercemus ad alios.
    - *Passiones*, ut temperantia, quæ est circa ea quę inferunt nobis voluptuosa; fortitudo verò circa passiones quas inferunt gravia: omnes autem hujusmodi & actus, et passiones, aut sunt delectationes & tristitiæ, aut habent sibi annexas delectationes et tristitias, quas moderari oportet per virtutem.

Explicando

Explicando modum quo fit delectatio et tristitia: fit enim in ipso appetitu

Delectatio, ex præsentia objecti apprehensi sub modo convenientis, vel ex ipsius absentia apprehensi sub ratione disconvenientis, unde secundum Albert. *delectatio est diffusio appetitûs propter præsentiam ejus quod reputatur conveniens, aut absentiam ejus quod reputatur inconveniens.*

Tristitia, aut ex præsentia objecti disconvenientis, aut convenientis absentiâ, et est contractio appetitûs propter contrarias causas.

Sicut autem duplex est appetitus, sensitivus, et intellectivus; ita etiam est duplex delectatio et tristitia

Sensualis, quæ in appetitu sensitivo efficitur ex objecto sensibili, mediante cognitione sensitivâ.

Intellectualis, quæ in voluntate efficitur, ex objecto, cognitione intellectivâ apprehenso.

☞ Notandum quod probabiliter aliter dicitur virtutes circa delectationes & tristitias versari, notandum itaq; quòd virtus quatuor respicit, scil.

1 *Objectum* primum circa quod ipsa operatur.
2 *Actum*, quem ipsa operatur.
3 *Circumstantias*, quas respicit in operando.

Hæc directè virtus respicit; nec secundum hos modos requiritur virtutes morales esse circa delectationes & tristitias.

4 *Sequelam* actuum operatorum; & sic virtutes circa voluptates & tristitias dicuntur versari, quoniam omnem actum cognitivum, cujusmodi sunt actus studiosi, delectatio & tristitia necessario sequitur.

☞ Notandum quod voluptas alia est

In *Genere*; ut illa communis quæ de voluptate, & animi, & corporis prædicatur.

Specialis, ut una harum: dupliciter autem intelligitur versari circa voluptatem, vel

Absolutè, ut circa propriam materiam, ut fortitudo circa terribilia, liberalitas circa pecunias, & hoc modo non intelligit Philosophus hic virtutes versari circa voluptates & dolores, nam propria materia virtutis in genere est, ut ipse dicit, actus & affectus.

Respectivè, sicut ex quodam consequenti, & sic intelligitur hîc nam voluptas aut dolor comitatur, aut consequitur omnẽ actum vel affectũ, circa quæ versatur virtus tanquam circa propriam materiam; itaque ex consequenti virtus moralis versatur circa voluptates & dolores; & cum alia corporis sit, aliaque animi voluptas, non versatur omnis virtus circa eam quæ est corporis, circa quam versatur temperantia tanquam circa propriam materiam su-

am: sed bene versatur omnis virtus moralis circa voluptatem in genere, quæ consequitur omnem actum vel effectum, sive illa sit animi, sive corporis.

Conclusiones duplices

1 Virtus est circa delectationes et tristitias, idque et propter

Causas istas, nimirú et quia sunt causæ aut

1 *Bonitatis* & *malitiæ*.

2 *Intensionis & remissionis* bonitatis & malitiæ.

3 *Difficultatis* in resistendo malitiæ.

4 *Medicinæ*, et *curæ* malitię: notandum tamen quod hæc diverso modo causant, nam

Delectatio efficit quidem

1 *Bonitatem*, vel malitiam, alliciendo ad ipsas.

2 *Intensionẽ* boni & mali, opus bonum & malum magis bonum & malum faciendo.

3 *Difficultatem*, reddendo opus difficile per modum concupiscentiæ.

4 *Medicinam*, consolando & nutriendo.

Tristitia efficit

1 *Bonitatem* vel *malitiam*, repellendo à bono vel malo.

2 *Intensionẽ boni & mali*, reddendo opus bonum in minus bonum.

3 *Difficultatem operis* reddendo opus difficile per modum iræ.

4 *Medicinã malitiæ*, solum purgando & evacuando.

1 Operationum et Passionum, sed diverso modo, quoniam

Delectatio sequitur operationes et passiones ipsi naturæ convenientes, et dispositioni habitæ.

Tristitia naturæ et dispositioni præhabitæ disconvenientes.

Effectus

- Effectus illos, eò quòd sunt effectus
  - 2 Amabilium et odibilium, sed differenter, quia
    - Delectatio efficitur ex amabilibus, et est unum inter ipsa amabilia.
    - Tristitia verò efficitur ex odibilibus, et est unum inter odibilia.
  - 3 Naturæ vel violentiæ, sed diversæ, quia
    - Delectatio maximè causatur à natura, et ab intrinseco.
    - Tristitia à violentia, et ab extrinseco unde dicitur, 5. *Metaph.* quod omne violentum triste, et omne triste violentum.
- 2 Virtus est magis circa delectationes quã circa tristitias, quia
  1. Intendit generare bonum et vitare malum.
  2. Principalius intendit acquisitionem boni quam evitationem mali, quia non intendit evitare malum, nisi quantum intendit bonum.
  3. Principaliùs et magis intendit vitare malum majus quàm minus.
  4. Magis intendit bonum majus quàm minus.

Versatur virtus circa affectus aut
- Moderando, ut prosint.
- Tollendo, ut non noceant.

Dubitationes.

1 *Dub.* Voluptates et dolores non sunt objecta virtutis, non enim coincidunt efficientes causæ et effectus: sed vera objecta virtutis sunt efficientes causæ voluptatis et doloris, quia præsenti pecunia gaudet liberalis, deficiente dolet. Ergò in voluptate et dolore ut in objectis non versatur virtus.

Resp. Eodem respectu et modo non sunt objecta, nam affectus interna, cibus & pecunia externa dicuntur: et quamvis affectus sæpe occasione externarum rerum, quæ sensus externos pulsant, oriantur, non tamen inde sequitur non esse objecta, cùm causa et effectus diverso respectu frequenter eidem objiciantur.

2 *Dub. Voluptas & dolor sunt objecta temperantiæ*, 3 *Ethic. cap.* 10. Ergò non sunt objecta virtutis in genere.

Resp. Dolor et voluptas
- Corporis, sunt materia temperantiæ.
- In genere sunt materia omnium virtutum.

3 *Dub.* Si virtutes morum in perturbationibus versantur, tum in toto quod ex animo et corpore constat sitæ sunt, *lib.* 10. *Ethic. cap.* 1 sed hoc est falsum, quia virtus est in solo animo. Ergò.

Resp. Dicit virtutes morum esse in toto composito,
- Non ut in subjecto quod illi inhæreant, nam ipsum est anima.
- Sed ut in termino, qui affectus corporis et potentiam mentis dirigunt.

4 *Dub.* Voluptas neque est affectus neque vitium, definitur enim in 7 *Phys. cap.* 3. *& 7 Ethic. cap.* 11. esse motus. Ergò virtus non versatur circa illum ut circa affectum.

Resp. Vo-

Resp. Voluptas est motus, sed non naturalis verùm metaphoricus ipsius appetitûs quo perfunditur, & hoc nihil aliud est quàm affectus.

5 *Dub.* Virtus versatur circa difficillima, ut in hoc capite in fine probatur, sed voluptas & dolor non sunt difficillima, etenim difficilius est res molestas & periculorum plenas ferre, quam ab his abstinere quæ voluptatem adferunt. 3 *Ethic. cap.* 9. *tex.* 1. Ergò.

Resp. Fortitudores difficilior (i.) acerbior dicitur respectu
- Non *actionis*, etenim ea cùm procedat à virtute jucunda est.
- Sed *objecti*, quod est mors, idque ratione naturæ
  - *Sensitivæ*, quæ præsentia spectat.
  - Non *Intellectivæ*, quæ futura considerat.

Resp. 2. Difficilius autem dicitur, vel qd est majori
- Acerbitate,
  - Et sic difficilius est ferre pericula (i.) acerbius.
- Impedimento,
  - Obvallatum:
    - Et sic est difficilius à voluptate abstinere.

6 *Dub.* Difficilius est regere eas passiones quæ nullum habent medium, quàm eas quæ habent, sed malevolentia, impudentia, adulterium, furtum, homicidium non habent medium, *lib.* 2. *Ethic. cap.* 6. *tex.* 7. at voluptas habet medium, illâ enim moderatè uti quis potest, istis verò nemo. Ergò, si virtus versaretur circa difficiliora, potiùs circa ista quàm circa voluptatem versaretur.

Resp. In his considerari debent duo, &
- *Actus hominis*, in quo semper est immane scelus.
- *Motus voluptatis*, in quo semper tale scelus non cernitur, si in consensum animi & actum non prorumpat: hinc quamvis quoad actum & consensum medium non habeant, in motu tamen pulsuque habent; non tamen inde sequitur quòd voluptati facilius sit quàm istis resistere, cùm istis resistendi difficultas ex ipsa voluptate oriatur.

☞ Notandum quod difficilius est resistere voluptati quã ira, & quia voluptas est,
1. *Innata* & enutrita nobiscum, ira autem non item.
2. *Diuturnior* quàm ira, est enim ira brevis, voluptas perpetua.
3. *Dulcis* & amœna, ira autem molesta.
4. *Latius est fusa* per totum corpus, at ira est solum ebullitio sanguinis circa cor.
5. *Fraudulenta* & insidiosa, ira autem eminens & omnibus aperta.

7 *Dub. Ira usus rationis tollitur.* 3. *Ethic. cap.* 1. *tex.* 6. at in voluptate non tollitur, nam in 7. *lib. cap.* 2. docetur, quod incontinens sæpe videat meliora.

Resp. Usus rationis in neutro inest, nam quamvis incontinens meliora videt ex parte intellectûs, bonum tamen non omnino videt ex parte sensualis appetitus; fatetur tamen Aristot. usum inesse, si naturam hominis, sed negat inesse, si vim actumque rationis spectes; cum ergo voluptas diutius & periculosius hanc vim actumque rationis obtundat, quàm ira. Ergò.

8 *Dub.* Justitia est circa operationes, at tristitiæ non sunt operationes. Ergò.

Resp.

Resp. Justitia est { Principaliter circa operationes earum regulatrix. Minus præcipuè circa tristitias innatas provenire ex labore hujusmodi operationibus annexo.

9 *Dub.* Multiplices in textu enumerat Arist. passiones, alias à delectatione & tristitia: at oportet omnium passionum virtutes aliquas esse moderativas. Ergò præter virtutes quæ sunt circa delectationes & tristitias oportet alias esse virtutes circa alias passiones.

Resp. Omnes passiones vel sunt delectationes vel tristitiæ, vel ipsæ iis annectuntur, 2 *Ethic.* cum itaque non sit possibile bene se habere circa passiones hujusmodi, nisi per moralem virtutem domentur delectationes & tristitiæ consequentes, ideo omnis virtus circa eas esse dicitur.

10. *Dub.* Liberalitas & magnificentia sunt circa pecunias, quæ sunt utile bonum, & magnanimitas circa honores qui sunt bonum honestum, at Arist. distinguit bonum utile & honestum contra delectabile. Ergò.

Resp. Versantur quidem istæ virtutes { Principaliter circa ista propria & externa objecta. Minùs principaliter circa delectationes & tristitias ipsis annexas, aut moderando aut tollendo illas.

11, *Dub.* Distinctio virtutum oritur ex distinctione objectorum: Ergo si omnes virtutes essent circa delectationes & tristitias, ipsæ non essent distinctæ inter se specie. Ergò.

Resp. Delectationes et tristitiæ sunt ipsa virtutum objecta, { Non principaliter distinguentia eas. Sed minus præcipuè communicantia in illis.

12. *Dub.* Virtus est magis circa magis oppositum, quia magis inclinat ad excludendum istum, sed tristitia magis opponitur virtuti, quàm delectatio. Ergo virtus est magis circa tristitias quàm delectationes.

Resp. Est magis circa { Tristitiam excludendam, Inducendam delectationem.

An Virtutes sint impassibilitates?

☞ Impassibilitas capitur vel { Pro exclusione uniuscujusque passionis bonæ & malæ. Pro exclusione tantum passionis malæ, ut patet 5. *Met. cap. de potentia.*

Impassibilitas duplex, { Intellectivi appetitûs tantùm. Sensitivi & intellectivi simul.

Intellectus autem & appetitus intellectivus possunt habere dispositionem laudabilem in triplici gradu, quia recta ratio & recta electio sunt laudabiles: hæ autem aliquando sunt vel {
Passibiles, mala, & corruptibiles, ut in incontinente.
Passibiles, sed non *corruptibiles*, ut in continente, qui passione agitatur, sed non vincitur.
Nec passibiles, mala, nec corruptibiles, ut in habente perfectam virtutem.

Virtus

Virtus itaque ab appetitu
- Sensitivo non excludit omnem passionem malam, quod patet, quia in malis operibus virtuosus delectatur.
- Intellectivo excludit passionem.
  - Non omnem simpliciter, quia fœlix tristatur de infortunio amicorum, gaudet de bonis.
  - Sed malam omnem, quia virtus perfecta reddit appetitum intellectivum & rationem securos à tali passione.

Dubitationes.

1 *Dub.* Fœlix cum sit totus sanus tum in ratione tum in appetitu (aliter enim non esset sanus) oportet quòd sit infra metas rationis totus constitutus, talis autem nihil reputat aut sentit nisi saporem bonorum. Ergò.

Resp Fœlix passionatur aliquâ quidem passione
- Non concutiente aut corrumpente rationem, & ideo semper manet infra metas ipsas rationis.
- Sed conformi & consonâ rationi, idque appetitui
  - Intellectivo, qui non inficitur.
  - Non sensitivo, ipse enim patitur passionem non consonam rationi, subjectam tamen & dictam à ratione.

2 *Dub.* Quanto virtus est perfectior, tanto magis affectus & appetitum superat: ergo perfectissima & in summo gradu virtus ita superabit, ut nullo modo sentiatur à tali habente eam virtutem in summo gradu.

Resp. Negatur consequentia, sed sequitur quòd maximè superat & moderatur appetitum; nam cùm virtutes sint moderatrices affectuum, non videntur posse superari ab iis, sed bene redigere ad mediocritatem, non autem omnino extinguere.

3 *Dub.* Contraria non possunt esse simul in eodem subjecto, at virtus perfecta & affectus sunt contraria. Ergò.

Resp. Virtus & affectus
- *Regulatus* non sunt contraria.
- *Irregulatus* sunt contraria, idque
  - Non respectu ipsarum rerum, nam per se virtus contrariatur vitio, non affectui.
  - Sed respectu modorum ipsarum, eò quòd illa est in mediocritate constituta, hic ad immoderationem propensus.

4 *Dub.* Sicut se habet sanitas ad corpus ita virtus ad animum, sed cum sanitas adest corpori, omnis morbus abest. Ergò, cum adsit virtus, abest affectus.

Resp. Abest affectus { Non *moderatus* / Sed *irregulatus* } Sicut abest morbus { Non absolutè omnis. / Sed gravis & sensibilis.

5 *Dub.* Virtus est purgatio animi. Ergò virtus perfecta efficit animum in quiete summâ.

Resp. Virtus dicitur purgare animum { Respectu modorum affectuum. / Non ipsorum affectuum.

☞ Notandum

☞Notandum quòd quintuplex est hominis status

1. *Animalis*, scil. antequam ratione utatur, ut in infantibus.
2. *Incontinentia*, in quo homo utitur ratione, sed sensus & appetitus rebellantes vincunt eum.
3. *Malitia*, quando appetitus sensitivus propter assuefactionem pravam, ita trahit ad se judicium rationis & electionem voluntatis, quòd eam depravat & pervertit penitus, incontinens igitur operatur secundum judicium sensus, & contra judicium rationis; pravus autem operatur & secundum sensum, & depravatæ rationis judicium.
4. *Continentia*, in quo ratio vincit sensum rebellantem.
5. *Perfectionis*, ubi appetitus sensitivus trahitur ad rationem, & in omni operatione sua expectat judicium rationis, & sequitur ipsum, & propter consuetudinem sequendi rationem, moderatur in suis passionibus.

Discrimen inter agere justum & agere justè. Cap. 4.

In hac quæstione observanda sunt & quæstionis.

Explicatio, quæ consistit partim

In explicando, quę requiruntur ad virtutis actionem, nempe

Voluntas, quæ incipit actionẽ; nam per

1 *Voluntatem* ipsõe,
2 *Scientiam* circumspectè,
3 *Constantiam* perseveranter & studiosè

agimus: etenim & à

Voluntate principiũ,
Scientia ipsũ modũ,
Constantia fructum

bene agendi & vivendi petimus

Scientia, quæ dirigit

Constantia, quæ perficit

In distinguendo & quidem

Justum, quod capitur dupliciter,

Formaliter, pro habitu virtutis, & sic qui justum agit semper est justus.

Materialiter, pro æquitatis facto, & hoc qui agit non est semper justus, quippe hoc aliquãdo fieri quidem potest aut

1. Suasu amici.
2. Impulsu hostis.
3. Affectu animi.
4. Prætextu & specie virtutis.
5. Spe & appetitu laudis, aut majoris commodi.

Unus *electivus* est, qui est ipsa electio.

Triplices actus cujuslibet virtutis moralis, quorum

Immanens & elicitus.
Transiens & imperatus: v. g. circa justitiam primò eligitur velle justa, secundò operari justa: sic circa animam, primò eligo amare proximum; secundò amo ipsum; tertiò exterius aliquod

Duo *electi*, quorum alter est bonum ipsi exhibeo: hæc autem duo opera electa non virtuosus potest operari, primam verò quæ est electio virtutis non potest. * Notandum autem quod in generatione virtutis concurrunt ista duo, scil. operatio studiosa non studiosè facta, & illius operationis experimentalis notitia non prudenter accepta, & ex utraque istarum relinquitur in anima aliqua dispositio, ex operatione quidem in appetitu, & experimentali notitiâ in intellectu, istis ergo multoties iteratis sunt generati duo habitus, unus ex operationibus studiosis non studiosè factis, qui est virtus moralis; alius ex illarum operationum experimentalibus notitiis, non prudenter conceptis, qui dicitur prudentia. His autem habitibus generatis intellectus se habet ad operationes similes præcedentes scienter (i.e.) prudenter, & appetitus se habet ad eas electivè (i.e.) virtuosè, quia istud quod ex parte virtutis appetitûs dicitur electivè, ex parte virtutis intellectûs dicitur prudenter.

Dubitationes

1 *Dub.* Justitia, justum, & justè, sunt conjugata. Ergo, qui agit justum erit justus.

Resp: Justitia, justè, justum sunt conjugata, si justum accipiatur, *Formaliter*, pro habitu virtutis. Non *naturaliter*, pro subjecta materia, aut facto æquitatis, nisi solùm quoad vocem, nam præter ipsam materiam actionis, requiritur quòd volens, sciens, constansque agat.

2 *Dub. Justa agentes, justi, & modesta modesti, fortia fortes efficimur.* 2. Ethic. cap. 1. tex. 4. Ergo.

Resp. Justa agentes sunt justi, si Sponte / Scienter / Constanter egerint, aliter non.

3 *Dub.* Si voluntas requiratur ad omnem actionem virtutis, tum voluntas à virtute moveretur, nam voluntas sine objecto non agit; sed voluntas non moveretur, sed est immobilis, cum sit movens & libera potentia animæ, 3. Ethic. cap. 5. tex. 3. & 3. de anima. Ergo.

Resp. Voluntas consideratur, aut *Absolutè* in *essentia*, & sic non movetur, sed est movens seipsam, ut intellectus suo ipsius lumine seipsum intelligit. / *Comparatè* in *existentia*, & sic ut intellectus nihil percipit sine phantasmate, ita nihil agit voluntas sine objecto.

4 *Dub.* Parum, aut nihil valet scientia ad virtutem, inquit Philosophus in textu 3. Ergo, non necessariò requiritur scientia.

Resp. Sci-

Resp. Scientia alia { *Rerum* in contemplatione, & ea non necessario requiritur, nam solùm docti sunt studiosi. *Circumstantiarum*, & talis est ad virtutis actionem necessaria.

5 *Dub.* Scientia circumstantiarum est prudentia, sed quilibet studiosus non est prudens, nam tum omnes simplices & ignari vitiosi essent. Ergo.

Resp. Prudentia alia est { *Heroica* & generalis, quæ est scientia benè vivendi, & agendi, secundum omnes omnium virtutum circumstantias, & hæc in omnibus non requiritur. *Particularis*, quæ est scientia agendi secundum eas circumstantias in illa virtute quâ aliquis est præditus, & hæc in minùs expertis esse potest.

6 *Dub.* Nullus non justus est melior justo, sed operans justa in actu, est melior illo qui solùm est justus in habitu; primò, quia *in actu consistit fœlicitas, non in habitu.* 1. Ethic. cap. 6. & 1. Eth. cap. 7. tex. 3. secundò, quia *in bonis actus est melior potentiâ, & quolibet habente modum potentiæ.* 9. Meta. tertiò, quoniam actus est finis habitûs. Ergo.

Resp. Negatur minor, quia justus in habitu præstò est secundum appetitum & intellectum, secundum scientiam, & electionem, & firmitatem operari, quod non est operans actu, nisi operatur actu virtuoso, & istis tribus conditionibus confirmato; nam in tali actu consistit fœlicitas, nec est actus omni potentiâ melior, sed câ quæ est ad ipsum actum destinata; nec est omnis actus, sed actus studiosus finis habitûs virtutis.

7 *Dub.* Quisque dispositus ad optimum opus est studiosus, sed operans justa est dispositus ad optimum opus, scil. justum opus, nam aliter non ageret. Ergo.

Resp. Disponi ad optimum opus contingit, aut { *Indeterminatè*, quia vel ad optimum, vel ad pessimum, vel ad bonum, vel ad malum; & sic operans justa est ad optimum opus dispositus. *Determinatè*, quia ita ad optimum ut nullo modo ad ejus oppositum, & sic solum habens virtutem est ita dispositus.

An resistere voluptati quàm iræ sit difficilius? Cap. 3.

Dubitationes

2 *Dub.* Ira est fortioris impetûs quàm voluptas, ut experientiâ patet. Ergo, iræ quam voluptati resistere est difficilius.

Resp. Est difficilius resistere, & { *Iræ*, si vehementiorem passionis impetum respiciamus. *Voluptati*, si quidem aut consideremus { 1 Convenientiam ejus cum appetitu sensitivo. 2 Radicationem ejus & majorem frequentiam, est enim nobis ab infantiâ connutrita. 3 Occultum ejus insidiandi modum. 4 Continuam passionis augmentationem.

2 *Dub.* Qui pugnat contra concupiscentiam, pugnat contra sensum tantùm, at qui pugnat contra iram, pugnat contra sensum & rationem simul, dicit enim Aristot. 7. Ethic. cap. 6. tex. 2. Quòd *ira aliquo modo rationem consequitur.* Ergo.

Resp. Ideò impetus iræ fortior est, quia sensus habet aliquid sibi adjuvans, scil. aliquid rationis, sed cum iratus redierit ad rationem, volens se ea juvare & excusare, fiet ei citò notum ejus peccatum, cum perficiendo rationem processerit in ea; at concupiscentia nec incipit à ratione, nec redit ad rationem, sine quâ tamen ratione non est possibile pugnare cum passionibus,

3 *Dub. Ira naturalior est concupiscentiis* non necessariis. 7. Ethic. cap. 6. tex. 2, contra quas non est pugnandum. Ergo.

Resp. Ratione naturalitatis iræ difficilius est illi qui fuerit ad iram naturaliter dispositus, sicut vult Arist. ibi: alias tamen de causis voluptati quàm iræ est difficilius resistere.

4 *Dub.* Qui repugnat iræ, repugnat duabus passionibus aut tribus, quia ira tristitiam sibi propter parvi pensionem, & delectationem ex spe annexas habet, & repugnans voluptati repugnat solum uni. Ergo.

Resp. Unum interdum fortius est duobus, quando illa non sunt ejusmodi rationis aut consimilia, sicut unus equus quàm duo canes, vel dicendum quod hoc arguit impetum iræ fortiorem esse tempore passionis.

An circa difficilius fiant semper ars & virtus.

In operationibus humanis difficultas aliquando provenit ex parte, aut

- *Materiæ* circa quam operamur, qd est aut quia materia
  - Resisteret nostræ operationi, ut cum quis vellet lapidem aut ferrum scindere.
  - Inclinatur ad oppositum, ut si quis pondus magnum levare vellet.
- *Nostri*, & hoc tripliciter, nam cùm per intellectum & appetitum & organa corporea operamur. Difficultas potest esse altero modo ex parte
  - *Appetitus*, scil. vel ex eo quoniam
    - Non habet inclinationem ad illam operationem.
    - Habet inclinationem ad operationem oppositam, sicut difficile est intemperato à voluptate recedere, vel nondum habituato per temperantiam.
  - *Intellectus*, scil. vel propter
    - Defectum scientiæ de modo faciendi vel sciendi.
    - Difficultatem acquirendi illam scientiam.
    - Quia ex hujusmodi operationis exercitio lassantur.
    - Quia non sunt in hujusmodi operatione assueta. Dicendum itaque quod omnes operationes

Mem-

Membrorum corporalium, vel { propriè pertinentes ad artem vel virtutem moralē, sunt nobis difficiles, si non habeamus artem vel virtutem; per artem tamen & virtutem nobis efficiuntur faciles.

1 *Dub.* Omne laboriosum est difficile & triste, at operationes artis & virtutis non habent tristitiam. Ergò. Minor est in *lib.* 1. *Ethic. cap.* 8. *tex.* 8.

2 *Dub.* Nihil indiget voluptate, vita eorum qui secundum virtutem vivunt & agunt, quasi adjuncto aliquo, sed habet in seipso voluptatem, ut in 1. *Ethic.* nullus est bonus qui non gaudet in bonis operationibus. Ergò operationes virtutis non sunt circa difficile.

3 *Dub.* Natura non est circa difficile, nàm lapis facilè movetur deorsum, sed *ars imitatur naturam* 2. *Physic. cap.* 8. Ergò, & virtus inclinat per modum naturæ secundum Ciceronem. Ergò.

Resp. Operationes quidem artis & virtutis sunt faciles propter artem & virtutem jam acquisitam, quæ tamen erant priùs difficiles, ideo describitur ab aliquibus, quòd est facile faciens, quod in se erat difficile.

☞ Notandum quòd faciliora sunt opera bona virtuoso, quàm mala vitioso, tum profectò { Quia in virtuoso omnes vires animæ concordant, at in malo sæpè sensui ratio discordat, generans ex remorsu conscientiæ pœnitudinem. Quia omnia bona opera consonant, opera autem vitiosorum oportet sæpe dissonare, nam ut in 1. *Ethic.* dicitur, omnia quæ sunt vera consonant vero, falsa autem dissonant vero.

De divisione passionum & de genere virtutis. Cap. 5.

In hoc capite observantur
Explicatio, quæ consistit partim

Definiendo passionem, ad quod notandū. quòd aliæ passiones sunt quidem { *Naturales* simpliciter, quæ non sequuntur aliquam apprehensionem, cujusmodi sunt passiones partis vegetativæ, de quibus hīc non agitur.

Animales, sive corporis, sive animæ, quæ sequuntur apprehensionem, quæ est motus factus in appetitu ex apprehensione boni vel mali, iste autem motus est duplex, { Alius est ad *motum inclinatio*.

Alius est *secundum inclinationem* motio, utroque enim modo dicitur motus, illa autem inclinatio est habitualis motio, et hoc modo passio est naturalis aliquibus, sunt enim aliqui naturaliter iracundi, quia ad motum iracundiæ naturaliter inclinantur, & aliqui naturaliter verecundi, quia ad motum verecundiæ naturaliter inclinati: illa ergo inclinatio non fit ex apprehensione, sed exit in motum ex apprehensione boni aut mali objecti.

Osten-

Ostendendo subjectum passionum quod est appetitus &

Sensitivus, cujus passio definitur motus ejus in phantasia boni vel mali, cum alteratione corporis.

Intellectivus, cujus passio definitur motus ejus in intellectione boni aut mali, sine alteratione corporis.

Differunt ergo istæ passiones in duobus in

Antecedente, quod est apprehensio.

Consequente, quod est corporis alteratio, corpus enim alteratur ad mutationem illius appetitûs ab organo separati, & ideo magis propriè appellantur passiones motus appetitus sensitivi, quàm motus intellectivi, & communiùs utimur nomine passionis in appetitu sensitivo, quam intellectivi: quamvis in appetitu intellectivo sint verè & realiter passiones, scil. gaudium, lætitia, & ea quæ sequuntur apprehensionem bonorum per nullum sensum appetibilium.

Explicando causam passionum, quæ est

Materialiter bonum et malum, & quantum ad hoc non differunt bonum apparens, & bonum existens, quia sufficit boni & mali apparentia ad istas passiones efficiendas.

Formaliter ipsius boni aut mali apprehensio.

Distinguendo passionum genera, et enim est genus

Alterum sequens operationem sensûs aut intellectûs sine operatione sensitivi appetitûs, & ad istas se habet appetitus solùm passivè.

Alterum sequens operationem appetitûs sensitivi vel intellectivi, & ad istas se habet non solùm passivè, sed etiam activè, sicut & ad suas operationes; eadem enim est causa operationis appetitivæ, & passionis superventis ei. Unde apparere potest differentia inter operationes & passiones, quia passiones non sunt nisi sequelæ operationes virtutis apprehensivæ et appetitivæ; operationis autem appetitûs non sunt sequelæ, imo sunt actæ & elicitæ ab ipso appetitu, sicut ab agente totali et particulari, quod manifestiùs in appetitu intellectivo, in sensitivo obscuriùs, cernitur.

1 *Assimilando sibi*, & imprimendo ei aliquam formam objecto connaturalem, & iste motus dicitur amor, vel complacentia, vel acceptatio.

2 *Attrahendo ad se*, & iste motus in appetitu

Sensitivo propriè concupiscentia.

Intellectivo propriè desiderium dicitur.

Explicando


Explicando ſpecies paſſionis, quæ ita diſtingui poſſunt penes objecta: ſciendum itaq; quòd omne movens appetitum, vel movet ipſum in ratione quidem
Simplicis
Boni, quod contingit tripliciter, quia vel movet ipſum appetitum eum
3 Uniendo ſibi, & quietando in ſe, & iſte motus dicitur in ipſo appetitu
Sensitivo delectatio
Intellectivo gaudiũ.
Delectatio autem ſive gaudium eſt multiplex ſpecierum
1 Jocunditas, quæ efficitur ex animæ aptitudine ad bonum cognitum ut habitum, importat enim jocunditas aptitudinem ad jocum.
2 Hilaritas, quæ eſt ipſius animæ ſerenitas.
3 Alacritas, quæ ex agilitate corporis cognita, ut habita efficitur.
4 Exultatio, quæ à plena ſanitate corporis cognitâ ut habitâ conficitur, nam alacritas velocitatem, & exultatio ſanitatis, & bonæ diſpoſitionis plenitudinem importat.
5 Lætitia, quæ à propriarum rerum vel operum, prolis vel uxoris, temporalis ſubſtantiæ vel familiæ.
6 Gratulatio, quæ à proſperitate amicorum cognitâ ut habitâ efficitur.
Mali, qd item contingit tripliciter, quia vel movet appetitum ut quidẽ malum
1 Cognitum ſolùm, et iſte motus dicitur odium, diſplicentia, aut abhominatio.
2 Cognitum ut futurum, & iſte motus dicitur fuga, vel recuſatio.
3 Cognitum ut habitum, aut incurſum, qui motus dicitur triſtitia, aut
1 Achos, quod eſt triſtitia proveniens ex apprehenſione proprii infortunii, & dicitur achos, ab a ſine, & chos vox.
2 Accedia, quæ eſt triſtitia proveniens ex apprehenſione proprii laboris.
3 Invidia, quæ eſt triſtitia proveniens ex apprehenſione alterius non boni quo dignus eſt.
4 Nemeſis, eſt talis triſtitia, ſed reſpectu

Magis ardui & difficilis ut cogniti.

dolor, cujus sunt sex species

spectu indigni.

5 *Zelus* est tristitia de malo culpæ alterius, quem diligit, vel quem odit, ut uxoris & amasii.

6 *Misericordia*, quæ est tristitia de malo pœnæ alterius.

Boni, quod est dupliciter, quia vel

Trahit appetitum ad se faciendo ipsum assurgere ad obtinendum se, & iste motus dicitur spes, quæ est passio.

Repellit appetitum à se, propter excessum arduitatis & difficultatis suæ faciens appetitum cadere, & iste motus dicitur desperatio, uterque autem istorum motuum est duplex, quia alter est cum certitudine, alter cum formidine.

Assurgit ad repellendum istud malum, & iste motus dicitur audacia.

Mali futuri, qd movet appetitum dupliciter, quia appetitus aut quidem

Cadit, & sic dicitur timor, cujus quidem sex recensentur species, nempe

1 *Segnities*, quæ est timor laboris futuri in futura operatione, qui causat accidiam in præsenti.

2 *Erubescentia*, quæ est timor in expectatione convitii.

3 *Verecundia*, quæ est timor ingloriationis, & deprehensionis in turpi actu.

4 *Stupor*, qui est timor ex dissuetâ imaginatione proveniens.

5 *Admiratio*, quæ est timor ex magnâ imaginatione proveniens.

6 *Agonia*, quę est timor in expectatione infortunii.

Attendendũ autem circa istas passiones, qd nos timemus secundum

1 *Segnitiem*, labore affligi.

2 *Erubescentiam*, rubore confundi.

3 *Verecundiam*, amittere gloriam & honestate privari.

4 *Stuporem*, à novitate aliqua vinci.

5 *Admirationem*, à magnitudine alicujus obrui.

6 *Agoniam*, infortunia pati. est etiam sciendum quòd confusio quam timet erubescentia, non est erubescentia, nec timor, sed potiùs tristitia contenta sub achos.

Magni

Magni ardui, & difficilis, ut *habiti* quidem

Boni, quod non aliter movet appetitum quàm bonum simplex, quia postquam est habitum non est difficile ipsum habere.

Mali, qd movet appetitum, aut

Consternendo ipsum penitus, sic quod non assurget ad vindictam, & iste motus dicitur mansuetudo passio.

Provocando ipsum ad vindictã, & iste motus dicitur ira, cujus sunt quatuor species

1 *Ira levis*
2 *Velox*
3 *Acuta*
4 *Amara*

quæ appetitus appellatur.

1 Offensio
2 Indignatio
3 Punitionis cupiditas
4 Affectio ad vindictam

☞ 1 Notandum quod tres primi motus, qui movent appetitum, ratione simplicis boni, efficiuntur ab objecto secundum ordinem naturalem; quem tenet agens naturale in effectibus suis, nam Primo tribuit formam effectui suo. Secundò, Motum secundum illam formam. Tertiò, Locum qui est terminus illius motus. simili modo, primò *Bonum*, ut *cognitum*, dat appetitui formam *Amoris*; sed secundò *bonum cognitum*, ut *habendum*, dat appetitui motum *desiderii*; sed tertiò *bonum cognitum*, ut *habitum*, dat ei locum & quietem *delectationis & gaudii*.

☞ 2 Notandum quòd passiones sunt in duplici genere, nam aliæ in appetitu sensitivo, aliæ in intellectivo locantur, illæ autem & istæ sunt in duplici genere, quoniam aliæ sequuntur solùm apprehensionem sensûs aut intellectûs, aliæ operationem appetitûs sensitivi, aut intellectivi; istarum autem & illarum iidem sunt modi differentiæ, nisi quòd aliquæ sunt manifestiores in appetitu sensitivo quàm intellectivo; quædam è contra.

1 Quædam sequentes operationem nec naturalem, nec necessariam, nec honestam, puta operationem vitiosam & malam.

2 Quædam sequentes operationem naturalem, sed non necessariam nec honestam, puta operationem veneream, quæ licet sit necessaria generi humano, non tamen isti individuo.

3 Quædam sequentes operationem naturalem & necessariam, non tamen honestam, puta operationem quâ nutritur & sustentatur corpus humanum.

☞ 3° Notãdum quòd passiones dictæ sunt sequentes sensûs aut intellectûs apprehensionem, non exspectantes operationẽ appetitûs, præter quas sunt aliæ

4 Quædam sequentes operationem naturalem, necessariam, honestam, puta operationem appetitûs intellectivi circa bona, passio

1 Gratanter, quæ dicitur *liquefactio animæ*, quoniam animus sic emollitur & liquefit, ac si deberet rei amatæ species & figura in ipsa imprimi.

2 In absentiâ amati, quæ dicitur *languor* & defectio.

3 In præsentiâ amati, quæ

dicitur

passiones sequentes operationem appetitûs, & istæ sunt in quadruplici genere, nam sunt verò talem sequens operationem, & præcipuè operationem amicitiæ triplex, altera quę sequitur eam dicitur *voluptas*. Dicendum itaque quòd secundum passiones non dicimur simplicitèr pravi aut studiosi, laudandi aut vituperandi, sed dicimur secundum eas proni aut dispositi, secundum magis aut minus ad bonitates aut malitias.

☞ Notandum quod in actione virtutis tria spectantur:
- 1. *Inchoatio*, & sic potentia,
- 2. *Progressio*, & sic affectus,
- 3. *Dispositio*, ordo, perfectio, & sic habitus,

Principium studiosè agendi dicitur, nam:
- In potentia est sola naturæ aptitudo.
- In passione dispositio.
- In habitu quies & perfectio.

enim verò:
- *Potentia* nos movet.
- *Passio* disponit.
- *Habitus* virtutis perficit.

Conclusiones:
- 1. Virtus non est affectus: quod ostenditur, tum
  - 1. *Adjunctis*, quia ex affectu nec boni nec mali dicimur.
  - 2. *A consequentibus*, quia ex solo affectu nec laudem nec vituperium consequimur.
  - 3. *A causis*, quia affectus à consilio & electione non oritur.
  - 4. *Ab effectis*, quia perturbatione movemur, at virtute non moveri sed confirmari dicimur.
- 2. Virtus non est potentia: qd declaratur tum ab
  - 1. *Efficiente causâ*, quia virtus ab industria, potentia à natura oritur.
  - 2. *Officio*, quia potentiæ est inchoare, virtutis perficere actionem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Species & intentiones sunt principia agendi in animo, ergo hæc tria sola non sunt; Antecedens ostenditur, quia ex specie objectâ rei movetur homo sæpissimè ad agendum, & etiam ex intentione finis. Ergò.

Resp. Principia agendi in animo sunt duplicia, aut
- *Propria* & per se, quæ sunt *Potentia*, *Affectus*, *Habitus* de quibus hîc agitur.
- *Communia* & per accidens, ut species rei intentioque finis, de quibus hîc non disputatur.

2 *Dub.* *Sensus, appetitus, intellectus tria principia agendi* dicuntur, in 6. Lib. Ethic. cap. 2. tex. 1. Ergo sunt plura.

Resp. Sensus, appetitus, intellectus, illic agẽdi principia statuuntur, alio quidem
- Illic de virtute mentis
- agitur
- Illic de institutione animi quoad vitæ usum.
- agitur
- Illic sũt tria prĩcipia
  - 1. *Sensus* unde mechanici & operatio
  - 2. *Appetitus*, unde politici & actio
  - 3. *Intelle-*
- quę verum respiciũt.

dèm

dèm ſenſu quàm hîc potentia, paſſio, & habitus, nam.

- Hic de virtute moris
- Hic de actione quoad virtutis fructum
- Hic verò alia tria
  - *Ens*, unde theorici & contemplatio dicuntur.
  - *Potentia*, quę inchoat, *Affectus*, qui acuit, *Habitus*, qui animum in ſtudioſè agendo perficit.

quæ ad bonum referuntur.

3 *Dub. Mediocritèr iraſci eſt virtus*, lib. 2. cap. 5. ſed mediocriter iraſci eſt affectio, quia mediocritèr iraſcentes alteramur, ſed *ſecundum nullum habitum alteramur*, 7. Phyſic. cap. 8. Ergò, & per conſequens virtus eſt affectio.

Reſp. Mediocritèr iraſci non ſimplicitèr virtutem eſſe declarat illic philoſophus, ſed mediocritèr iraſcentes bene affectos eſſe oſtendit; ſunt enim affectus moderatione virtutis ſæpe laudabiles, ut verecundia in juvene, miſericordia in judice.

4 *Dub.* Medium eſt ejuſdem generis cum extremis, ut dicitur in textu, ſed virtus moralis eſt medium inter paſſiones, quia fortitudo eſt medium inter timorem & audaciam, temperantia inter libidinem & ſtuporem naturæ. Ergò.

Reſp. Virtus eſt medium inter paſſiones
- Non ſecundum *eſſentiam*.
- Sed ſecundum *effectum*, quia in effectibus medium rationis præſcribit, & efficit.

5 *Dub.* Virtus aliqua unâ actione acquiritur; ut ſcientia, quæ eſt virtus, unicâ demonſtratione. Ergò non eſt habitus.

Reſp. Quamvis unâ demonſtratione aliquando unius rei ſcientia percipitur, non tamen propriè ſcientia illa virtus mentis dicitur, niſi multis demonſtrationibus acquiratur, nam ut habitus ex multis diſpoſitionibus, ita ſcientia ex multis demonſtrationibus (ut Ariſt. ait) conſtat.

☞ Notandum quòd virtus poteſt dupliciter capi.
- *Formaliter*, ut reſpicit objectum, ſicut ſcientia ſcibile, & virtus electiva ſuum eligibile, & ſic habitus non eſt genus virtutis, eò quòd habitus eſt abſolutum, & virtus ſic ſumpta eſt reſpectivum.
- *Materialiter*, ut diſponit ſubjectum, & ſic habitus eſt genus virtutis, ut patet ex definitione habitus.

6 *Dub.* De quocunque prædicatur ſpecies de eo prædicatur genus, ſed virtus, ſcil. juſtitia, ſapientia, &c. prædicatur de Deo, non autem habitus. Ergò.

Reſp. Virtus ſumpta
- *Formaliter* non eſt ſpecies habitûs, quia illi ita ſumptæ non repugnat eſſe ſubſtantiæ, ut in Deo, nam quicquid eſt in Deo eſt ipſe Deus.
- *Materialiter*, eſt virtutis genus habitus.

7 *Dub.* Potentia non eſt habitus ſecundùm Ariſtot. in textu, at virtus eſt po-

tentia tum quia illi convenit potentiæ descriptio, est enim principium operationis in alio tum quia Aristot. ipsam definiens, 1. Rhetoric. dicit quòd *Virtus est potentia acquisitiva bonorum & servativa, & potentia benefactiva malorum.* Ergò.

Resp. Potentia propriè est principium activum vel passivum operationis, virtus autem non propriè loquendo & principaliter, sed est determinatio quædam principii activi vel passivi, ad ita agendum vel patiendum, non itaque est proprium principium operationis, sed qualitas ejus. In 1. autem Rhetoric. largè sumit Arist. potentiam, ut se extendit ad potentiæ determinationem.

8 *Dub.* Habitus est de genere qualitatis, & virtus est ad aliquid, 7. *Physic.* Ergò.

Resp. Virtus secundùm { Essentiam suam est qualitas. Respectum ad suum { Subjectum, est relata transcendenter. Objectum, est relata prædicamentaliter.

9 *Dub.* Si passio esset inclinatio ad bonum prosequendum aut fugiendum malum, tam virtutes & vitia passiones essent, eò quòd inclinant appetitum ad prosecutionem vel fugam boni vel mali. Ergò.

Resp. Inclinatio alia { *Actualis*, quæ intelligitur in definitione passionis, qua appetitus actu tendit in boni aut mali prosecutionem aut fugam. *Habitualis*, quales sunt virtutes: virtutes tamen propriè inclinationes dici non possunt, sed potius principia qualificativa inclinationum.

10 *Dub.* Passio non est solùm ipsius appetitûs, sed etiam sensûs, est enim sensus virtus passiva à sensibili. Ergò male definitur passio motus appetitûs.

Resp. Cùm virtus in appetitiva parte ponatur, nullam potest accidere dubium, an virtus sit passio, nisi ratione passionum appetitûs, propter quod cum velimus ostendere virtutem non esse passionem, sufficiebat loqui solum de passionibus appetitûs; vel dicendum, quòd non omnis ibi passio definitur, sed ea secundum quam homo ad opus virtuosum aut vitiosum inclinatur, qualis non est sensûs ulla passio.

11 *Dub.* Illis sumus studiosi aut pravi secundum quæ efficimur meliores & deteriores, sed secundum passiones sic efficimur, ut patet. Ergò secundùm passiones boni vel mali dicimur.

Resp. Secundùm eas dicimur meliores & deteriores { Non *formaliter* & actu. Sed *dispositivè* solùm.

12 *Dub.* Secundùm illa sumus boni aut mali, quæ sequendo efficimur boni aut mali, sed sequendo aliquas passiones efficimur boni, alias mali, ut in *cap. ult. 4. lib. Eth.* Ergò.

Resp. Secundùm illas quidem sumus boni aut mali { *Aptitudine* & dispositione. Non *actu* & formaliter.

13 *Dub.* Secundum verecundiam laudamus juvenem, & secundùm inverecundiam vituperamus, ut in fine quarti *lib. Ethic.* dicitur, & hæ sunt passiones ut ibidem dicitur. Ergò.

Resp. Laudamus eos propter ipsam verecundiam { Non absolutè propter se. Sed comparatè, quia ad modestiam disponit, modestiæque signum apparet esse.

☞ Notandum

☞ Notandum quòd definitur in textu,

Potentia, esse *qualitas secundum quam passibiles ipsarum passionum dicimur*, & non describitur hîc potentia in tota sua communitate, sed secundùm quod ipsa pertinet ad virtutes morales, & ad passiones circa quas sunt virtutes morales.

Habitus definitur esse *qualitas secundum quam nos habemus ad passiones benè vel malè*: nec habitus hîc in tota sua communitate definitur, sed solùm habitus moralis, qui sunt circa passiones definitas.

☞ Notandum quod actus voluntatis non propriè dicuntur passiones, tum

Quia non fiunt per transmutationem organi corporalis, quod requiritur ad passionis propriè dictæ rationem.

Quia secundum voluntatis operationem homo non agitur tanquam patiens, sed potius seipsum agit tanquam dominus sui actus existens.

De definitione virtutis. Cap. 6.

In hoc capite observanda est

Explicatio, quæ consistit partim

Distinguēdo mediū, quod quidem duplex est, aut

Rei, seu *arithmeticum*, quod idem est apud omnes & immutabile.

Habitu essentiæ suæ, & sic virtus mutari non potest.

Rationis, seu *geometricum*, qd considerātur vel in

Modo aut quidem

Acquirendi ipsam virtutem.

Agendi secundùm ipsum habitum: nam licet habitus idē & immutabilis manet, acquirendi tamen & agendi modus secundum eundem habitum sæpe mutantur.

Unde inter hæc media cadit triplex differentia, altera ex parte

1 *Distantiæ*, quia medium rei æquè distat ab extremis, non autem rationis medium, sed solùm proportione.

2 *Communitatis*, quia medium rei est idem apud omnes, non autem rationis medium.

3 *Terminationis*, quia medium rei requirit extrema determinata: aliter enim non posset sumi suâ æquè distantiâ ab extremis, sed mediū rationis non requirit terminata extrema, cùm non sumatur penes distantiā ab iis, sed per respectū ad nos.

☞ Virtus

☞ Virtus est & medium, & { *Rei*, si habitum suæ essentiæ, *Rationis*, si modum suæ actionis, spectat.

☞ Virtus dicitur { *In medio* ut respicit objecta. *Medium*, ut extrema respicit.

Declarando definitionem virtutis, de qua re observantur &

Simplex definitio, est enim *virtus habitus bonus animi judicio & electione susceptus, in mediocritate constans, ratione recti, ut prudens præscripserit.*

Explicatio definitionis, quæ consistit partim & in

Interpretando definitionem, est enim virtus habitus non infusus sed acquisitus, non malus sed bonus, non corporis sed mentis, non temeritate sed judicio & consilio susceptus, non in excessu aut defectu, sed in medio tam vitiorum quàm affectuum positus, non perturbatione sed ratione rectus, non ut quispiam sibi, sed ut prudens omnibus agendi modos ac circumstantias præscripserit.

Notando quæ spectantur in definitione virtutis, quæ sunt

1 *Unitas medii*, est enim bonum unum, malum verò infinitum.

2 *Dignitas subjecti*, quod est voluntas, cujus objectum est bonum.

3 *Repugnantia vitii*, quod est aut in { *Excessu*, ut profusio rerum. *Defectu*, ut, avaritia.

4 *Excellentia prudentis* viri, cujus officium est circumstantias rectè agendi & vivendi præscribere.

Mediocritas dicitur, aut { *Essentialiter* & formaliter, sicut virtus. *Accidentaliter* & participativè, ut & { Operationes passionis, quæ ideò dicuntur mediocritates, quia per virtutem ad mediocritatem reducuntur.

☞ Notandum quòd habitui morali attribuitur { *Bonitas*, & { *Formaliter* ratione conformitatis ipsius, *Virtualiter* ratione conformitatis suæ operationis, } Ad rectam rationem.

Malitia verò ratione contrariæ difformitatis: & sic ratio bonitatis tanquam ab extrinseca attribuitur virtuti morali, quoniam ratio est extra virtutis essentiam, cùm virtus sit in appetitu.

Conclusio

Conclusio talis. virtus quidem est &

- *Extremum* ad vitia per rationem bonitatis sibi attributam, quia secundum rationem bonitatis & malitiæ, optimum non opponitur malo secundum medium, sed secundum extremum; sed virtus est habituum moralium optimus.
- *Vitiorum*, idque absolutè secundùm suam substantiam & naturam, quia sicut operationes se habent ad operationes, sic habitus ad habitus, sed operationes virtutis sunt mediæ inter operationes vitiorum. Ergo.
- *Medium*, & quidem
  - Non *absolutè* secundum suam substantiam, eò quòd medium sic acceptum est de genere extremorum, virtus autem non est de genere operationum aut passionum.
  - *Passionum* & operationum, idque
    - Sed *objectivè* & extrinsecè sic intelligendo, quòd ipsa est circa medias passiones vel operationes, eò quòd circa eas passiones vel operationes in quibus nos benè versamur, unde ipsa medii conjectatrix & inventrix nominatur in passionibus & operationibus, & determinatrix appetitûs ad passiones & operationes medias.

☞ Notandum quòd medium quoad nos est quod nec transit medium in excessu, nec deserit in defectu, nec denique unum idemque valet apud omnes, et sub hoc medio virtus morum comprehenditur, hoc enim in proportione rei mutabilis et moderatione rationis consistit: v. g. nimium est alicui decem libras ciborum comedere, duas verò parum; hoc sanè Miloni parum, Tyroni nimium; si ita recte feceris, circumstantias ponderare oportet, ut medium naturæ habitum servetur: sic in virtute.

Quomodo virtus disponat ad propriam operationem?

* Virtus disponit ad operationem suam, et

- *Activè*, eò quòd est habitus disponens ad actionem. prudentia enim actionem dirigit, quæ est operatio virtutis moralis, ut in lib. 6. dicitur.
- *Passivè*, eò quòd disponit ad operationum receptionem, nunquam enim habitus generatur per eligere operationes, nisi reciperet.

* Notandum tamen quòd se habeat virtus sive activè sive passivè, illud facit

- Non formaliter, quasi ipsa operationes produceret, nam illud facit potentia animæ.
- Sed virtute, quia ipsa disponit potentiam ad agendum operationes studiosas, illasque recipiendum.

De

De regulis operis studiosi.

☞ Notandum quòd operis studiosi tres sunt regulæ, scil. et

1 *Lex naturæ*, quæ præcipit facere facienda, & prohibet non facienda, hæc enim est lex divina & primæva rerum ratio, quæ singulis rebus modum, & ordinem, & finem imponit.

2 *Debitum humanæ naturæ*, quod est obligatio quâ tenetur obedire legi naturæ.

3 *Dictamen rationis humanæ*, quod est ostensio præcepti ex parte legis, & debiti ex parte naturæ nostræ. qd autem lex naturalis vel divina sit prima regula ostenditur, eò qd omne præceptum prius est debito obediendi illi præcepto, quare illud præceptum prius quàm istud debitum: quòd autem istud debitum sit prior regula quàm ratio humana, illud item ostenditur, quia omne dictamen rationis ostendit & dicit faciendum debere fieri, ergò si verum dicat, præsupponit illud debere fieri. Falsum igitur est quod quidem dicunt, rationem esse primam regulam humanarum actionum, cùm ratio dictat illud faciendum esse quod debitum, debitum ergo est prior regula.

Quomodo virtus intellectualis consistat in medio?

Virtus etiam intellectualis suo modo in medio consistit, quia consistit in veritate media inter falsitates extremas, veritas enim est conformitas enunciationis ad id quod enunciatur: falsitas autem est difformitas opposita; hæc autem conformitas habet tantum unum modum in affirmativis, et unum in negativis: dicit enim 10. *Metaph. Arist.* quòd verum est dicere esse quod est, vel non esse quod non est. ab hac autem conformitate deviat difformitas falsitatis dupl citer, scil. per *superabundantiam* et *defectum*; per superabundantiam quidem plus affirmando de re quàm est, de re puta dicendo esse quod non est: per defectum verò dicendo minus quam est, puta dicendo non esse quod est.

☞ 1 Notandum quòd virtus moralis omni virtute intellectuali melior est, eò quòd illa reddit simpliciter hominem bonum, hæc verò solum secundùm quid bonum, scil. bonum medicum, aut bonum geometricum, &c.

☞ 2. Notandum quòd cùm virtus moralis intellectuali certior dicitur, quòd non univocè dicitur istarum virtutum certitudo; notandum itaque quod certitudo

Intellectualis est ratione veritatis.
Moralis est ratione bonitatis.

☞ 3 Notandum quòd animus naturaliter inclinatur ad bonum, sed quia iste liber est, potest deviare ab illâ inclinatione naturali. Ista autem naturalis inclinatio non est simpliciter perfecta, sed per virtutem perficitur. Unde sicut omnis virtus est complementum alicujus naturalis potentiæ, sic virtus moralis est ultimum complementum ipsius naturalis inclinationis bonæ. Nec est intelligendum quòd virtus sit alia inclinatio ab illâ naturali, sed est illius complementum.

Dubitationes

Dubitationes

1 *Dub.* Virtus est indagatrix medii, ut dicitur in textu 3. Ergo non est ipsum medium.

Resp. Virtus est & { *Medium*, ut extremis opponitur. *Indagatrix* medii, ut affectus, actiones, & objecta intuetur. v.g. affectus irasci jubet, negat fortassè ratio, intercedit virtus quæ modum & medium tenere docet, ut ergo nos instruit, sic est indagatrix medii, ut verò nos perficit ita ipsum medium habere debet.

2 *Dub.* Virtus in text. 6. extremitas dicitur, ergò non est medium.

Resp. Virtus est extremitas { In perfectione rationis. Non in modo oppositionis.

3 *Dub.* Medium rei, & medium rationis definitione differunt. Ergo, si virtus sit medium rationis non est omnino rei medium.

Resp. Differunt respectu solum: nam est medium { Rei in essentia sua. Rationis in modo, actu, & existentiâ.

4 *Dub.* Unum extremum magis accedit ad virtutem in essentia quàm alterum, ut docet Philosophus. lib. 2. cap. 9. tex. 2. Ergo, si essentiam spectes, non est medium rei.

Resp. Est quidem participatio vitiorum cum virtute, { In essentia nulla. Existentiâ quadam similitudine; non enim est magis dicenda profusa rerum largitio in essentia liberalitas, quàm parsimonia; si tamen existentiam & actum consideres prodigus liberali est similior, quia dat nemo fusiùs.

5 *Dub.* Virtus est medium quod mutari potest, ut dicitur in textu. Ergo non est habitus.

Resp. Virtus mutatur { Non in habitu & essentiâ, ideoque sic medium rei, Sed in modo & existentiâ, ideo sic medium rationis, } appellatur.

6 *Dub.* Si virtus esset habitus electivus, tum pueris & servis conveniret, nam in iis est electio, sed iis ut docet Arist. 2. Ethic. cap. 3. non convenit. Ergo.

Resp. Electio alia { *Naturalis* & imperfecta, quæ est in pueris & servis. *Moralis* & perfecta, quæ non est in iis: quæ intelligitur in definitione virtutis.

7 *Dub.* Potentiæ definitio convenit virtuti, definitur enim potentia principium actionis in aliquo, & sic est virtus. Ergo.

Resp. Principium agendi est duplex: { *Internum*, ut forma. *Externum* { *Incompletum*, ut potentia. *Completum*, ut habitus, quale principium virtus dicitur.

8 *Dub.* Bonum opponitur ut extremum malo, ergo, ita virtus vitio.

Resp. Virtus { *Absolutè*, secundum suam substantiam vitio opponitur, ut medium extremo. *Comparatè*, secundum suam bonitatem ipsi opponitur, ut extremum extremo.

9 *Dub.* Magnanimitas inclinat ad magnos honores, magnificentia ad magnos sumptus, & non ad mediocres. Ergo.

Resp. Opus magnanimi aut magnifici est { Extremum secundum suam substantiam & in se ipso. Medium autem secundum habitudinem ad rationem.

10 *Dub.* Medium attingere est solùm uno modo, si itaque virtus esset in medio, esset in indivisibili, & sic nemo esset altero vitiosior, quod est falsum. Ergo.

Resp. Medium { Indivisibile attingere est uno modo, quod est perfectissimus gradus virtutis. Habens latitudinem, quod non unico modo attingitur, sed gradus complectitur.

11 *Dub.* Virtus attenditur secundum ultimum in quod potentia potest. 1. de *cœlo*, ultimum autem non est medium. Ergo.

Resp. Virtus quidem est & { *Ultimum* in bonitate et perfectione. *Medium* in habitibus moralibus.

12 *Dub.* *Delectatio consistit in indivisibili*, 10. Ethic. cap. 7. nec ejus esse completur in tempore, et in indivisibili non est medium, at *virtus est circa delectationes.* 2. Ethic. cap. 3. Ergo.

Resp. Delectatio consistit in indivisibili { Quoad formæ generationem, quia generatur tota simul, & illud vult Philosophus. Non quoad ipsam formam, nam ipsa habet latitudinem, ut etiam virtus.

13 *Dub.* Dicit Aristot. quòd quædam sunt operationes, quæ sunt adeò malæ secundum se, quòd in iis non convenit dirigere, sed semper peccare, quantumcunque mediocriter nos ad illas habeamus. Ergo circa hujusmodi operationes virtus non consistit in medio.

Resp. Circa tales operationes & passiones non est virtus aliquo modo, sed solùm circa fugam, in qua fuga est medium, quod attenditur penes circumstantias, talia enim fugere debemus, sicut oportet, & aliter non; qui enim ad fugiendum adulterium absconderet se in furno, non esset in hoc virtuosus, sed vitiosus.

☞ Electio est duplex, aut { *Actualis*, sine quâ præsente virtus esse potest, aliàs enim homo in somno virtutem amitteret, cùm voluntas forsan cesset ab actu. *Habitualis*, aut habitualis, sine quâ virtus esse non potest, eò quòd generatur ex operationibus elicitis, seu ex electionibus præcedentibus. vel dicendum quòd licèt virtus non sit electio formaliter, est tamen virtualiter, quia electivus habitus.

14 *Dub.* Medium quoad nos est medium secundum quid, & medium secundum

dum

dum rem est medium simpliciter, at virtus est medium simpliciter, non secundum quid. Ergo.

Resp. Bonum aut malum moris attenditur { Non ex substantiâ operis. Sed magis operantis, cùm idem opus secundum substantiam esse potest quandoque secundum virtutem, quandoque secundum vitium, ideo medium ad nos in moribus est medium simpliciter, & medium rei est solùm per accidens.

15 *Dub.* Medium quoad nos est valdè mutabile, at virtus non est mutabilis, *sunt enim virtutes artibus permanentiores*, 1. Ethic. cap. 10. tex. 4. & in hoc lib. quòd studiosè operari est firmiter, & immutabiliter operari. Ergo.

Resp. Medium in passionibus quoad nos est, & { *Mutabile*, respectu passionum & operationum. *Immutabile*, secundum habitudinem ad rectam rationem, & ad seipsam: quantumcunque enim operatio vel passio media quoad nos sit extensa & remissa, tamen semper ipsius ad rectam rationem eadem est habitudo conformitatis, sicut est eadem habitudo 1. ad 2. & 10. ad 20. scil. duplo, licet 20. & 10. sunt multo plura quam 2 & 1. modò virtus non respicit passiones & operationes secundum se, sed secundum earum habitudinem ad rectam rationem.

16 *Dub.* Ex similibus operationibus similes habitus fiunt secundum Aristot. operationes autem medium tenentes ad nos sunt valdè difformes, modo magnæ & intensæ, modo parvæ & remissæ, & ita oportet virtutem moralem esse difformem, & non simplicem.

Resp. Passiones & operationes considerantur dupliciter, aut { *Absolutè*, secundum suam substantiam absque ratione dirigente eas, & sic trahunt habitum ad similitudinem suæ substantiæ. *Relativè*, ut sunt directæ & formatæ per rectam rationem, et sic non oportet quòd habitum generet suæ substantiæ similem, sed rectæ rationis judicio conformem, tales enim operationes et passiones, conformes rationi, et directæ per eam, trahunt appetitum non versus se, sed versus rationem sibi denominantem.

17 *Dub.* Sicut est de justitiâ, ita de aliis virtutibus moralibus, sed justitia tenet medium rei, est enim medium secundum Arithmeticam proportionem, in 5. Ethic. cap. 4. dicitur justum esse, esse æquale secundum Arithmeticam.

Resp. Consistit justitia in medio rei quoad { *Essentiam suam.* Non agendi *modum.*

☞ Notandum quòd in definitione virtutis, { *Genus* ponitur habitus. *Differentia* triplex, quarum altera sumitur per comparationem { 1 Ad actum virtutis, scil. ista (electivus.) 2 Ad objectum virtutis, scil. ista (in medio consistens.) 3 Ad regulam virtutis, scil. ista (prout prudens præscripserit.)

18 *Dub.* Virtus certior est omni ratione, ut dictum est. Ergo per rationem non debet definiri.

Resp. Virtus definitur per rationem tanquam per { Prius origine. / Licet posterius perfectione.

19 *Dub. Sapientia est circa divina & non humana bona.* 6. Ethic. cap. 7. tex. 5. Ergo, non debuit definiri per sapientiam.

Resp. Sapientia capitur dupliciter, aut {
Absolutè, ut est una de quinque virtutibus intellectualibus, de quibus in principio 6. Ethic. dicendum.
Comparatè, ut dicit gradum supremum cujuslibet virtutis intellectualis, de quolibet enim habente aliquam virtutem intellectualem in summo, dicimus quòd est sapiens, significantes per sapientiam, talem virtutem in gradu summo, quomodo dicimus sapientem artificem, et sapientem medicum, quando est talis in summo; et sic sumitur sapiens in proposito, scil. pro prudente in summo, talis enim prudentia manifestat evidentissimè operandi debitum, quod est operis studiosi regula.
}

20 *Dub.* Intentio est circa finem, et illa quæ sunt ad finem, electio solùm circa ea quæ sunt ad finem. Ergo potiùs virtus per intentionem, quàm electionem definiri debuit.

Resp. Virtus potiùs definitur per electionem quam intentionem, quia electio includit intentionem, non è contrà; unde supra dictum est quòd operans studiosè operatur, eligens propter hoc (i.e.) propter finem, quare in electione includitur appetitus finis qui est intentio.

21 *Dub.* Melius fuisset dictum quòd virtus est inveniens et eligens medium, sicut suprà dictum est, quàm quòd est existens in medio. Ergo.

Resp. Philosophus voluit exprimere multiplicem modum medietatis quæ est in virtute, et in qua virtus existit, virtus enim existit in medietate { 1 *Habitûs*, sicut in materiali / 2 *Conformitatis* illius habitûs, ut in formali } Causa. / 3 *Operis*, ut in materiali / 4 *Conformitatis* illius operis ad operandi debitum, tanquam in formali } Objecto.

☞ Notandum quòd eadem sententia definitionis virtutis, possit civiliter assignari, dicendo quòd virtus est habitus determinatè electivus operis, omnino conformis ad operandi debitum per prudentiæ rationem ostensum. additur enim ad primam differentiam (determinatè,) quia virtus modo naturæ est determinata ad bonum eligibile, sicut dicit Arist. in textu, pro secundâ differentiâ, quæ sumitur per comparationem: ad objectum additur (operis omnino conformis) opus enim debito conforme, est primum objectum eligibile. Pro tertiâ differentiâ, quæ sumitur per comparationem ad regulam, adduntur duo, scil. (debitum) tanquam regula, & ostensio rationis prudentiæ tanquam regula evidentiæ.

De

De diuiſione virtutis. Cap. 7.

In hac quæſtione obſervare convenit &

- 1. Modus; omnis virtus aut reſpicit gubernationem ipſius
  - Corporis, idque duplicitèr, nimirum vel ad
    - Vires, quę exercentur aut in
      - Mediocribus periculis, unde fortitudo exiſtit.
      - Magnis & acerbitate plenis, unde magnanimitas oritur.
    - Senſus, in quibus verſatur virtus aut quidèm
      - Omnibus generalitèr, unde continentia exſurgit.
      - Duobus ſolùm, ſcil. guſtu & tactu, unde temperantia dicitur.
  - Mentis, quam reſpicit virtus & quoad
    - Moderationem appetitûs, aut in
      - 1. In pecuniis, in quibus liberalitas & magnificentia
      - 2. Honoribus, in quibus modeſtia
      - 3. Affectibus, in quibus manſuetudo

      appetitum temperat.
    - Directionē rationis, aut in
      - 1. Sermone, unde affabilitas
      - 2. Factis, unde comitas
      - 3. Negotiis, unde æquitas
      - 4. Dictis factiſq; unde ſimplex illa temporis filia, ſcil. ipſa veritas

      Conſtituitur.
- Guſtum, circa quē eſt ſobrietas quæ dividitur in ſobrietatem
  - Cibi & potûs, quibus quidem opponitur & per
    - Defectū faſtidioſitas
    - Excęſſum, & quidem
      - Specialitèr, ſobrietati in potu ebrietas.
      - Generalitèr ſobrietati in utroq;
        - In quãto, Gaſtrimargia.
        - In quãli, lætatoria.
        - In modo, Voracitas.

Fundamentum.

Fundamentum quod in duplici modo dividendi virtutem consistit,

2. Modus. ōnis virtus moralis ordinat ipsum appetitum, aut

Concupiscibilē, quòd est duplicitèr, quia ordinat ipsum vel circa materiam

Delectabilē, quod etiam est duplicitèr nempe aut circa

Receptationem, quod est quadrupliciter, quia talis materia vel delectabilis secundum

Auditum, circa quem est quædam virtus annexa & attributa temperantiæ, quæ dicitur εὐφιλονικία, à quâ dicitur εὐφιλόνικος, qui moderatè & bene delectatur in auditione soni, cui opponitur per excessum, qui excessivè in talibus delectatur, per defectum verò, aphilonicus, quasi sine amore audiendi.

Visum totiusq; corporis gestum, circa quam est quædam virtus annexa temperantiæ, & ad temperantiam ordinata, quæ dicitur compositio, quæ reddit decentem gestum membrorum corporis, cui opponitur per excessum in corporis gestu curiositas, & in corporis motu lascivia, & dissolutio, per defectum verò incompositio, & corporalis gestûs remissio.

Tactum, circa quē est una species temperantiæ, dicta castitas, habens sub se quatuor species

1. Virginitas, quæ toto tempore vitę excludit omnem actum veneris.

2. Vidualis castitas, quę pro aliquo tempore illum actum veneris excludit.

3. Pudicitia, quæ omne signum inhonestum talis actus excludit.

4. Conjugalis fides, quæ nec actum nec talis actûs signum excludit, sed solùm omnem modum illicitum talis actûs.

Castitati autem generalitèr sumptæ opponitur per defectum insensibilitas; per excessum luxuria, comprehendēs sex species

1. Stuprū in corruptione virginum.
2. Simplicē fornicationē soluti cū solutâ.
3. Incestū in concubitu consāguineorū aut affiniū
4. Adulteriū contra matrimonium.
5 Sacrilegium in corruptione sanctimonialiū.
6. Sodomiam in quocúnq; actu venereo contra naturā, ut viri cum viro, viri cū bellua.

Largitionem,

- Utilem, quod est dupliciter, quia vel penes eam
  - Largitionem, quod est dupliciter, vel
    - In solo ludo, & sic est eutrapelia, media inter bomolochiam, & viam agrestem.
    - In totâ vitâ, & sic est amicitia, media inter placabilitatẽ & blandibilitatem ex alterâ parte, & dyscoliam, & litigium ex parte alterâ.
  - Dandam seu expendendam, quod est dupliciter, quia vel expensæ sunt
    - Mediocres, circa quas est ipsa liberalitas, media inter illiberalitatem & prodigalitatem.
    - Magnæ, circa quas est magnificentia, media inter consumptionem & parvificentiã.
  - Reddendam, circa quam est justitia, de cujus divisione in principio quinti libri dicendum est, & sic patent virtutes ordinantes appetitum concupiscibilem.
- Bonum, quod est quadrupliciter, quia istud bonum est arduum & difficile, aut ratione
  - 1. Magnitudinis suæ, & sic est necessaria magnanimitas media inter Caunotem & pusillanimitatem.
  - 2. Dilationis & longitudinis in acquirendo, & sic est necessaria quædam virtus annexa magnanimitati, quæ dicitur longanimitas media inter spem inanem & spem brevem.
  - 3. Varietatis accidentium in ejus acquisitione & possessione incidentium, & sic est patientia magnanimitati annexa, inter levem animi mobilitatem & pertinaciam media.
  - 4. Sublimitatis & pronitatis ad casum, & sic est necessaria humilitas magnanimitatis conservativa, quia cùm magnanimitas existat in statu honoris, qui status largitur homini proniratem ad vanitatem jactantiæ, & indiget aliqua virtute infrænante appetitum ab illâ vanitate, ipsumque conservante in suâ verâ dignitate, hoc autem facit humilitas, ut lib. 4. declaratur, quæ est media inter superbiam & animi abjectionem.

Irascibilem

Irascibilem, quem ordinat aut quidem circa

Malum, quod est etiã dupliciter, quia vel circa malum

Imminens quod est inferendũ proximè, & hoc dupliciter, vel quia repelli

Potest, & hoc dupliciter, quia vel infertur à causa

Humanâ, aut ab

Hoste, & sic est necessaria fortitudo, media inter timiditatem & audaciam.

Fortunâ, puta ex infirmitate curabili, vel in mari ex aliquâ tempestate, & sic est necessariâ virtus quæ est secura fidentia, quæ multum juvat ad evadenda talia pericula.

Divinâ *

Non potest, & tunc est necessaria tolerantia, illæ autem virtutes attribuuntur fortitudini, per similitudinem mali aut periculi.

Jam illatum, quod est dupliciter, quia vel est illatum à causâ

Non humanâ, & est necessaria ipsa patientia.

Humanâ, & sic necessaria mansuetudo media inter iracundiam & irascibilitatem.

Non quidem, aut ipsius virtutis

1 *Communissimè* sumptæ, tum quia nec omnes intellectuales, tum quia non omnes morales comprehenduntur in ista divisione.

2 *Moralis*,

Tum quiâ hîc ponitur una virtus intellectualis, quæ non est moralis; scil. prudentia, 6. Ethic.

Quia multæ sunt virtutes morales, quæ non cadunt sub ista divisione, ut apparet de 8 virtutibus hic enumeratis præter justitiam, fortitudinem, & temperantiam.

3 *Intellectualis*, tum

Quia sunt aliæ quatuor intellectuales quæ non cadunt sub membris hujus divisionis, ut patet, 6. Ethic.

Quia in ista divisione ponuntur tres virtutes morales, quæ non sunt intellectuales; puta, justitia, fortitudo, & temperantia.

☞ Notandum est de divisione virtutis in justitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam, quòd illa divisio est virtutis,

Sed Cardinalis & Principalis, quæ convenienter dividitur in hæc quatuor, sciendum enim quod illæ virtutes dicuntur cardinales

nales, quarum alterâ deficiente homini, impossibile est quòd homo sit simpliciter bonus homo, & quibus simul habitis quacunque aliâ deficiente, necesse est quòd homo sit simpliciter bonus homo; & ideò tales virtutes dicuntur tum principales, quia reddunt hominem principaliter bonum, & cardinales, quia bonitas sustinetur super eas, ut cardines.

Dubitationes.

1 *Dub.* Nullæ virtutes sunt affectus, nec è contra. 2. Eth. cap. 5. tex. 5. Ergò, Arist. affectus inter virtutes malè recenset.

Resp. Affectuum alii sunt
- *Tumultuantes*, ut odium, furor, quę longissimè à virtutis conditione differunt, ab omnique ratione & medio discedunt.
- *Mites*, & moderati, qui virtutes dicuntur,
  - Non propter essentiam habitumque virtutis, quem in se continent.
  - Sed propter modum & similitudinem mediocritatis virtutis, quam præ se ferunt.

2 *Dub.* Aliæ sunt heroicæ & cardinales virtutes præter illas quatuor, nam magnificentia, magnanimitas & continentia heroicæ ab Arist. in textu dicuntur. Ergò, virtus cardinalis male dividitur in istas quatuor.

Resp. Etsi sint aliæ quidem heroicæ, ut dicit Philosophus, tamen reducuntur ad istas quatuor, ut magnanimitas ad fortitudinem; continentia ad temperantiam.

Replica. Absurdum est majora bona ad minora reduci, Ergo magnanimitas ad fortitudinem, continentia ad temperantiam non revocatur.

Resp. In primaria divisione virtutis, justitia, fortitudo, prudentia, & temperantia sustiùs sumuntur pro reliquarum quodammodo causis, & sic alias virtutes sibi connexas habent; in suis verò locis strictiùs tractantur à Philosopho.

3 *Dub.* Aliæ sunt virtutes quàm quæ hoc loco enumerat Philosophus, ut castitas, humilitas, patientia, *&c.* Ergò, Arist. divisio non est sufficiens.

Resp. Castitas ad temperantiam, humilitas ad modestiam, patientia ad fortitudinem, *&c.* reducuntur.

4 *Dub.* Si affectus consisterent in medio rationis, tum à ratione hominem non avocarent, sed omnes affectus sunt motus animi avocantes hominem à rectâ ratione. Ergo.

Resp. Affectus alii sunt
- Effrænati, de quibus illa definitio vera est, qui impetu quodam arcem rationis invadunt.
- Leniores, ut misericordia, verecundia, quæ in sapientem cadunt, de quibus illa definitio non intelligitur.

5 *Dub.* Leniores affectus sequuntur naturam appetitus, qui est vi sua rationis expers: Ergo, & leniores affectus movent nos abusu rationis, nam aliter, neque in appetitu ut in subjecto residerent, neque ejusdem viri motum & naturam sequerentur.

Resp. Appetitus considerator dupliciter, aut
- *Absolutè* in essentia, & sic est rationis expers, adeoque tumultuantium affectuum subjectum.
- *Comparatè*, ut rationi subjicitur, & sic participatione factus est tanquam obediens filius, & ita est leniorum affectuum subjectum.

6 Dub. Si aliqua virtus sufficienter in istas quatuor cardinales divideretur, cum aut virtus in communi, aut moralis, aut intellectualis, at nulla ex his, ut ex dictis patet. Ergò.

Resp. Non aliqua istarum, sed principalis, ut dictum est.

☞ Notandum quòd probabile est ex Arist. quòd earum aliquæ sunt dispares, naturæque vi inter se disjunctæ; aliæ autem sunt in communione essentiæ participes; aliter quid sibi volunt in hoc capite ista verba Arist. sint etiam & aliæ virtutes finitivæ omninò, sed tamen & inter se aliquid differunt.

Alibi verò sic, quam rationem liberalitatem ad magnificentiam habere docuimus parvis differentem, eandem habet ad magnitudinem animi, quæ in magnis honoribus versatur, modestia quæ in parvo honore cernitur. Et iterum inter liberalem & magnificum hoc solum interest, quòd hic in magnis, ille in parvis cernitur.

Liberalitas & Magnificentia habent
- *Subjectum* idem, nempe voluntatem.
- *Objectum* idem, nempe pecuniam.
- *Extrema* eadem, nempe avaritiam & prodigalitatem.

Idem de
- *Modestiâ*, si cum magnanimitate in honore,
- *Temperantiâ*, si cum continentia in voluptate,
- *Mansuetudine*, si cum comitate in affectu animi

Conferatur, dicendum est.

De habitudine virtutis ad vitia & vitiorum inter se. Cap. 8.

In hac quæstione observantur,

Explicatio, quæ consistit partim
- In explicando habitudinem medii & extremorum invicem notandum itaque, quòd quidem
  - Quoad rationem bonitatis & malitiæ, virtus plus opponitur vitiis, quàm vitia inter se, quia ista absoluta oppositio virtutis & vitii, est secundum opposita genera, vitiorum autem secundum ejusdem generis differentias oppositas, at quæ genere distant, magis differunt quàm quæ solum specie.
  - Quoad proprias substantias, aut quoad rationem excessus & defectus, ipsa vitia magis inter se colluctantur, quàm cum virtute, cùm virtus in medio consistat, & extrema plus ab invicem distant quàm à medio.
- Absoluta oppositio, & sic virtus, & vitium non minùs pugnant quàm duo vitia, nam vitia, ut dictum est, sub eodem genere mali, at virtus &

Repugnantiæ

In declarando modum, & quidem
- Repugnantiæ extremorum & medii, in quibus duo spectantur, nempe &
  - vitium sub diversis generibus boni & mali continentur.
  - Reductiva reductio unius ad alterum, & sic est major extremi cum extremo, quàm extremi cum medio decertatio, nam facilius unum extremo tum ad medium, quàm ad suum oppositum extremum reducitur.
- Habitudinis extremorum ad medium, eò quòd alterum est altero medio vicinius, idque quidem vel respectu
  - Rei, & sic quidem avaritia magis opponitur liberalitati, quàm prodigalitas.
  - Nostri, & sic aliquando prodigalitas à virtute remotior est, quia ad illum, vel à natura, vel à consuetudine magis inclinamur.

Notandum quòd virtutes & vitia possunt accipi aut
- *Absolutè* secundùm suas rationes & substantias, & sic ipsa vitia inter se magis repugnant, ut dicendum erit.
- *Comparatè*, secundùm rationes bonitatis & malitiæ sibi attributas, & sic virtus magis utrique vitiorum quàm extrema inter se vitia repugnant; notandum autem quòd cum dicitur vitia inter se magis opponi secundùm suas rationes, intelligitur quidem ratio
  - Non *generalis* boni & mali, nam in hac cum virtute magis decertant quàm inter se, eò quòd conveniunt inter se in genere propinquo, sed non cum virtute.
  - Sed *specialis*, excessus & defectus, quia unum vitium magis alterum excedit, aut ab eo deficit, quàm virtus quæ in medio talis excessûs & defectûs locatur.

Conclusiones.

1 Virtus opponitur sub ratione suæ bonitatis vitiis contrariis, ut extremi extremo, nam sic vitia in altero extremo scil. malitiâ conveniunt, etenim secundùm istam generalem bonitatis & malitiæ rationem extrema vitia non opponuntur, sed in malo participant.

2 Vitia considerata secundum speciales suarum malitiarum rationes opponuntur extremè ad invicem, quoniam difformitas, quæ est generalis ratio malitiarum, dividitur extremè per excessum & defectum, hæ autem sunt species malitiarum habentes duorum vitiorum rationes.

3 Virtus plus opponitur vitiis quàm vitia ad invicem quoad rationes bonitatis & malitiæ, quia talis oppositio virtutis ad vitia est secundum opposita genera, vitiorum autem ad invicem est secundum ejusdem generis differentias oppositas, ut dictum est.

Conclusiones

4 Unum vitiorum plus opponitur virtuti quàm alterum extremum. cujus duas assignat rationes Arist. alteram ex parte

Rei, quia unum vitiorum est alteri virtuti similius, quod patet si principalem actum virtutis inspiciamus, si enim ille actus sit in aggrediendo aut dando, aut aliquid universaliter operando, vitium quod erit in excessu illius actionis erit virtuti similius, quàm illud quod in defectu consistit, quoniam illud vitium convenit virtuti in illius actionis substantia, licet differat in modo, nam excessivè agere est agere; ideo prodigalitas est liberalitati avaritiâ similior; si etiam principalis actus virtutis sit in abstinendo ut in temperantia, etiam tunc vitiú quod est in abstinendo excessivè, est illi virtuti similius, ideò insensibilitas quàm intemperantia similior est.

Nostri, quia illud vitium magis à virtute recedit, quod est natum magis intendi, quod est illud ad quod magis ex passione inclinamur. v.g. In fortitudine timor valde nos inclinat ad terribilium fugam, et delectatio ad prosecutionem voluptatis, in temperantia.

Dubitationes

4 *Dub.* Virtus in textu dicitur medium & æquale respectu extremorum, ergò, non magis ab uno, quàm ab altero distat.

Resp. Virtus est medium & æquale: Respectu *Nostri*. Non *Rei*: medium autem rei semper æqualiter, at medium quoad nos non semper pari & eodem modo ab extremis distat.

2 *Dub.* Quæ genere pugnant, magis pugnant quàm quæ solâ specie, at virtus & vitia distinguuntur genere, scil. bono & malo, at vitia omnia sub malo comprehensa, specie solùm repugnant. Ergò,

Resp. Repugnantia duplex, *Absoluta* respectu boni & mali, & secundùm hanc generalem magis pugnant virtus & vitia. *Comparata*, respectu excessûs, & defectûs, & sic duo extrema vitia magis inter se colluctantur.

3 *Dub.* Illa sunt minus contraria inter quæ est facilior transmutatio, ut patet 5. Physic. sed inter ipsa vitia est facilior transmutatio, quàm inter vitia & virtutes, ut patet ex 9. cap. 2. Ethic. ubi dicit difficillimum esse virtutem invenire, quod si verum sit, lapsus ab uno vitio in aliud non est tam difficilis, quàm à vitio ad virtutem progressus. Ergo.

Resp. Difficillimum dicitur studiosum esse, non quòd non sit facilior reductio unius extremorum ad medium quàm ad oppositum, sed quòd infinita mala naturæ, fortunæ, animæ, nos primò impediunt; non tamen indè sequitur quòd est minor extremi cum extremo, quàm extremi cum medio oppositio, cum non sit progrediendum ab extremo in extremum, nisi per medium.

Vel

Vel dicendum est quod inter ipsa vitia est major repugnantia.
- Quoad actum reducendi unum ad alterum.
- Non quoad actum progrediendi ab uno in alterum.

4 *Dub.* Unum uni opponitur solum, ut Arist. docet in Topicis. Ergo, virtus non opponitur duobus vitiis.

Resp. Unum uni solum opponitur, ut extremum extremo, at ut medium extremo unum duobus opponi potest, non tamen sub eadem ratione, quia virtus alteri per excessum, alteri per defectum est contraria; at si virtus sumatur ut extremum, tum uni solùm opponitur in genere, licet pluribus in specie.

5 *Dub.* Si virtus & vitium sint contraria, tum sub eodem genere maximè distant, & per consequens vitia inter se non magis distant.

Resp. Ut virtus & vitium sunt contraria, scil. sub eodem genere boni & mali, ita maximè distant.

An majus bonum contrarietur majori malo?

Dubitationes

1 *Dub.* Virginitas est majus bonum quàm conjugalis castitas, cùm sit excellentissimus gradus temperantiæ; sed contrarium virginitatis, scil. simplex fornicatio, non est majus malum adulterio, quod est contrarium conjugalis castitatis. Ergo.

Resp. Contrarium propriè sumptum virginitatis non est simplex fornicatio, sed sicut virginitas est habitus recessivus ab omni immunditia actûs venerei; sic habitus ei contrarius est habitus adhæsivus omni immunditiæ, tam fornicationis, tam incestûs, tam stupri, tam adulterii, tam sacrilegii, quàm etiam cujuslibet Sodomiæ, non enim privari virginitate est virginitatis contrarium, quia potest habere habitus intermedios bonos vel malos aliquis carens virginitate & ejus contrario.

2 *Dub.* Diligere inimicum est majus bonum quàm diligere amicum; cùm istud virtuosius & difficilius sit, & tamen pejus est amicum odisse, quàm inimicum. Ergo.

Resp. Diligere amicum & inimicum possunt considerari dupliciter, aut
- Per se & solitariè, scil. dilectio amici sine dilectione inimici, & è contrà; & sic melius est non diligere inimicum quàm ipsum diligere non diligendo amicum, nec omnis difficultas facit rem meliorem, quia tum melior est actus fortitudinis, quàm justitiæ; quod falsum est.
- Sumendo ex unâ parte solam dilectionem amici, ex alterâ dilectionem & amici, & inimici, et tunc hæc dilectio quàm illa melior est, et odium amici et inimici pejus quàm illius solùm.

De modo inveniendi medium, & difficultate ejus. Cap. 9.

Hic observanda sunt,

Proponendo quatuor documenta inveniendi medium, quorum alterum sumitur.

1 Ex habitudine medii ad extrema, cum enim omnis virtus ab uno extremo magis distet quàm ab altero, ideò documentum est quod quicunque vult invenire medium, oportet quòd magis fugiat extremum virtuti magis contrarium.

2 Ex naturali pronitate: quicunque volens virtutis medium invenire, debet ab illo vitio ad quod magis pronus est magis declinare, si autem ignoret vitium ad quod magis pronus est, consideret delectationem & tristitiam supervenientem, quia ad illa maximè pronus est in quod operando maximè delectatur.

3 Ex parte voluptatis generaliter sumptæ: quicunque vult medium invenire debet delectationem fugere, quia nullo modo possumus judicare vim & potestatem ejus trahendi hominem ad peccatum, antequam fuerimus experti ipsam.

4 Ex parte difficultatis in inveniendo medium. Quicunque vult virtutis medium invenire, debet interdum ad defectum, aliquando autem ad super-abundantiam declinare, sic enim tentando & probando, ipsum medium quod est virtuosum poterimus adipisci, omnia enim probanda sunt, sed tenendum solum medium: qui enim parum transgreditur recedens à medio, & accedens ad majus aut ad minus, non vituperatur tanquam vitiosus; quia illa non latet in malitia sua, sed ille qui plus & notabiliter recedit à medio vituperatur, cùm non sit facile explicare sermone illum terminum quem quis egrediens vitiosus est.

Explicatio, quæ consistit partim quidem in

Sufficientiam illorum documentorũ, quia omne devians à

Inducendo malum, quod est dupliciter, quia vel inducit ad malum per modum

Impulsivi, & sic est naturalis pronitas appetitus sensitivi, quæ docetur caveri in secundo documento.

Attractivi, & sic est voluptas apprehensa attrahens ad se & ad malum, quę docetur caveri in tertio documento.

Excludendo formaliter bonum, & sic est extremitas maximè vitiosa;

&

In ostendendo quidem tum
- medio virtuoso aut deviat
  - Prohibendo bonum, quod est dupliciter vel quidem
    - & maximè virtuti opposita, quæ docetur caveri in primo documento.
    - Retrahendo à bono per occasionem, quæ est difficultas nobis opposita in generatione virtutis, quæ docetur caveri in quinto documento, quia varietas declinandi nunc ad majus, nunc ad minus evertit difficultatem, & tollit fastidium, & præbet contra difficultatem remedium.
- Difficultates assequendi virtutes, quæ cernuntur
  1. Corruptione naturæ, quæ est proclivior ad malum semper.
  2. Oppositione vitiorum, quę utrinque virtutis arcem invadunt.
  3. Oppugnatione affectuum, qui nos impetu quodam à recta ratione abducunt.
  4. Delectatione rerum externarum, bonorumque fortunæ, quibus plerunque nimium addicti sumus, & mancipati.

☞ Omnis levis declinatio à medio non est quidem semper culpanda, tum
- Quia infirmi sumus, & lenitatis potiùs manu, quàm severitatis ferro ad pœnitentiam revocandi.
- Quia non longiùs à medio digredientes malè agendi exemplo, quod vix ab alio animadvertitur, alios minùs offendimus.

Dubitationes.

1 *Dub.* Studiosum esse est omnium maximè jucundum & delectabile, teste Arist. in hoc lib. Ergò studiosum esse non est maximè difficile, nam difficile molestiam, delectabile lætitiam parit.

Resp. Studiosum esse dicitur difficillimum
- Non in possessione.
- Sed in acquisitione virtutis, cujus radix amara, fructus dulcissimus, ut ait Isocrates: nec est verum quòd omne difficile molestum sit, nisi per se consideretur, molestiam enim omnem difficultatis animus spe boni incitatus facilè devorabit.

2. *Dub.* Res quælibet facilè (ut ait Philosophus) fertur ad suum proprium objectum, *sed proprium objectum voluntatis est verum bonum*, 3. *Ethic. cap.* 4. Ergò, medium, quod est verum bonum non est difficile invenire.

Resp. Ut oculus læsus rectè de suo objecto non judicat, ita animus molestius corporis pressus & impeditus, facilè quod verùm quodque bonum est non discernit, quare etsi objectum voluntatis sit perfectè bonum, ut intellectus objectum

est perfectè verum, tamen uterque sic vulnerari potest, ut neuter rectè suum officium faciat.

3 *Dub.* Conservatio naturæ in virtute, corruptio in vitio cernitur; ergò in naturâ quæ conservationem non perniciem sibi exoptat, non est ulla difficultas inveniendi medium.

Resp. Natura quidem magis in gremio virtutis, quàm vitiositate conservatur, veruntamen dulci innatæ voluptatis veneno infecta, pronior & magis præceps ruit in malum quàm in bonum, istius enim blanditiis delinita & quasi obcæcata, sæpius ad Charibdin vitiorum, quàm ad asylum & portum virtutis rapitur.

4 *Dub.* Omne vitium est culpandum, sed omnis declinatio à medio est vitium, est enim aut excessus aut defectus, qui sunt vitia. Ergò.

Resp. Declinatio alia
- Levis & insensibilis, quæ non est vituperanda, non quia non est mala, sed quia non potest discerni esse mala propter ejus ad virtutem propinquitatem.
- Gravis & sensibilis, quæ est vituperanda tum ex parte sui, quia deflectitur à virtute, tum ex parte nostri, quia nos cognoscimus ipsum esse à virtute.

5 *Dub.* In fine hujus cap. expressè dicit Arist. nos facilè posse medium invenire, Ergò, illud non est difficillimum.

Resp. Facillimè nos consequi posse id quod rectum perfectumque sit fatemur, postquam ultro citroque animos nostros medium versus laudabiliter defleximus, tum enim dulcedine fructus illecti, omne vitæ tædium facilè superamus, quippe est in primo ingressu hujus itineris labor, amor in progressu, in fine & portu honor, labor difficultatem parit, de qua ante Philosophus dixit, amor et honor viam facilem reddunt.

2. Est itaque medium invenire
- Difficile in ingressu virtutis, propter laborem.
- Facile in progressu, propter amorem ejus.

3 Vel est
- Difficile per se, & non instructo homini quibus modis inveniendum sit.
- Facilè ipsi qui ipsis documentis fuerit instructus, ipsaque in praxin eduxerit.

6 *Dub.* Requirens debet doceri quo debet accedere, non solùm unde debet recedere, sed hoc solùm non illud in istis documentis docetur, ut patet intuenti: ergo non sufficiunt.

Resp. Supposito quòd omnis utens libero arbitrio tendat continuè vel ad bonum vel ad malum, sufficit quod docetur non tendere ad malum, quia si non tendat ad malum, veniet necessariò ad bonum, & ideirco philosophus docuit declinare quatuor vias tendentes ad malum, & abducentes à bono, quibus dimissis unusquisque ad virtutem accedit.

7 *Dub.* Illud documentum est ociosum per quod nullus aut nihil docetur, nisi illud quod scire, supponitur, sed in primo documento supponitur quòd doctus præscit medium, non enim potest scire quod duarum extremitatum una magis distet à medio, non cognito ubi est medium. Ergò, primum documentum est vitiosum.

Resp. In

Resp. In primo documento medium { Supponitur in generali. Non in speciali. Ideirco in hoc documento docet quomodo ex notitiâ generali extremorum medii perveniatur ad notitiam experimentalem ipsius medii, quod fit declinando ab extremis, & maximè ab extremo magis virtuti contrario.

8 *Dub* Secundum etiam documentum est pernicioſum, nam aliqui sunt benè nati, & aliqui sunt malè nati, ut in *lib 2. Ethic. cap. 8. tex. 3.* dicitur: benè nati sunt magis proni ad virtutes quàm ad vitia, sicut malè nati ad vitia quàm ad virtutes, quare si juxta illud documentum debet quisque fugere ea ad quæ magis pronus est, sequitur quòd benè nati debent fugere virtutes, sicut malè nati vitia. Ergò.

Resp. Loquitur hic Philosophus de pronitate sensitivi appetitus quæ nunquam tendit ad bonum, licet in aliquibus appetitui rationali sit magis contrarius, quàm in aliis, & illibene, hi male nati dicuntur.

9 *Dub.* Tertium etiam documentum est erroneum, quia si juxta ipsum debemus fugere delectabilia, cùm opera virtutum sint per se maximè delectabilia, sequeretur quòd ad inveniendum medium virtutis deberemus fugere opera virtutis, contra Arist. in hoc lib. cap. 1.

Resp. Delectationes & delectabilia alia sunt appetitûs { Sensitivi, quę præcedunt virtutis generationem. Intellectivi, quæ sequuntur operationes virtutis; de istis, non his loquitur hic philosophus.

10. *Dub.* Quartum etiam documentum incertum est, quia non dicit determinate aliquem terminum ad quem oportet accedere, sed solùm præcipit ire & redire. Ergò.

Resp. In singularibus agibilibus non potest determinatè sciri quando oportet declinare ad majus, & quando ad minus, vel quantum, vel quomodo: ista vera notitia cadere non potest sub doctrina, quare non erat possibile de isto documento aliquid aliud declarare.

11. *Dub.* Secundum documentum aliquandò opponitur primo, cùm enim avaritia sit magis liberalitati opposita, quàm prodigalitas, posito quod aliquis ex nativitate fuisset inclinatus ad prodigalitatem, si à vitio magis contrario recedat, tunc se attrahet ad illud ad quod magis inclinatur, quod est contra secundum documentum; & si secundum documentum servaverit, faciet contra primum.

Resp. Unum extremorum vitiorum potest esse magis contrarium virtuti, vel ex parte { Rei ipsius. Nostri, quamvis igitur avaritia secundum ejus naturam esset magis contrarium liberalitati quàm prodigalitas, tamen in illo qui esset natus ad prodigalitatem esset è contra.

12. *Dub.* Si debemus fugere delectationem ad adipiscendam virtutem, tum debemus fœlicitatem fugere. Ergò.

Resp. Debemus fugere delectationes { Sensuales, quales sunt corporis. Non intellectuales, quales sunt mentis.

13 *Dub.* Quartum documentum docet aliquando declinare ad superabundantiam, aliquando ad defectum, sed declinare à medio est vitium. Ergò docet peccare.

Resp. Licet declinare versus extrema,
- Non ad agendum secundum ipsa, nam illud est vituperandum.
- Sed quidem & ad
  - Considerandum & detestandum eorum malitias, ut ea melius valeamus evitare, cum deprehenderimus.
  - Cognoscendum medium, sed ipso cognito debemus ei firmiter absque declinatione adhærere.

☞ Supponit primũ documẽtum mediũ & extrema aliquo modo nota esse: docet autem recedendum esse ab extremo ipsi virtuti magis contrario ad inveniendum medium
- Non quoad ipsam cognoscendi rationem confusam, quam supponebat.
- Sed quidem & partim
  - Propter medium distinctè & perfectè cognoscendum.
  - Propter confirmandum in illo medio appetitum.

TRACTATUS

TRACTATVS TERTIVS
IN LIBRVM TERTIVM ETHICORUM ARISTOTELIS Ad Nicomachum.

De Voluntario & involuntario.

CAP. I.

In hoc capite considerandæ sunt,

- In distinguendo & quidem
  - Principiũ agendi, ipsum enim est duplex
    - Externũ, idque verò aut
      - Trahens, ut objectum, sic vox eloquentis.
      - Impellens, ut violentum, sicut vis tempestatis.
    - Internũ, quod etiam est aut
      - Primarium, ut voluntas, cujus objectum est bonum.
      - Minus primarium, ut intellectus, cujus objectum est verum.
  - Actionẽ, quæ dicitur aut
    - Violenta, eademque aut
      - Simpliciter per externum principium, puta procellam.
      - Ex parte quæ vulgo invita dicitur, quæ est aut
        - Per Ignorantiam, quæ cæco aliquando impetu ad malum pellit.
        - Per Perturbationem animi, quâ homo sæpè ad suum principium veluti tempestate rapitur.

- Explicatio, quæ consistit partim
  - Voluntaria, quæ est aut
    - Immediata, quæ impediri non potest, ut velle & nolle.
    - Mediata, quæ mediante aliâ potentiâ fit, ut loqui & ambulare, & hæc actio voluntaria impediri potest.
  - Mixta, quæ fit aut
    - Per externam causam, sic violenta,
    - Per internum motum voluntatis sic voluntaria dicitur.
  - In ostendendo habitudinem agentis naturalis, voluntarii, liberi, & dominativi, quæ consistit partim in
    - Generali convenientia eorũ duplici, altera est in modo
      - Agendi per se, qui est agere propter finem.
      - Principii agendi, quia omnia ista agunt à principio intrinseco: ita quòd operatio naturalis est à principio operanti intrinseco, similiter voluntaria, vel libera vel dominativa.
    - Speciali eorum à se invicem differentia, differt etenim & agens
      - Naturale à reliquis dupliciter, & ex parte habitudinis ejus
        - Ad finem quia naturale agens non agit propter finem sibi cognitum, nec ab ipsa præstitutum.
        - Ad actionem, eò quòd non determinat se ad agendum & ad modum agendi ex seipso, sed agit propter finem à superiori causa cognitum, & determinatur ad actionem ab eadem causa cognoscente actionis finem; agens autem voluntarium, liberum, aut dominativum, agit tum propter finem à seipso cognitum, tum actionem à seipso perceptum.
      - Voluntarium à reliquis duobus dupliciter, & ex parte
        - Generalitatis, quoniam agens voluntarium, & hominibus commune est & bestiis, at liberum & dominativum bestiis non conveniat.
        - Inclinationis, nam quod agit præcisè voluntariè, non liberè, aut dominativè, necessariò posita cognitione, sequitur

sequitur duplicem inclinationē, ita quod in ejus potestate non est, non sequi nec resistere nec contradicere; positâ namque cognitione alicujus delectabilis aut tristis, sequuntur duæ inclinationes: altera, concupiscentia vel fuga, amor vel odium; alia naturalis instinctus ad prosequendum vel fugiendum, & secundum istas duas necesse est sequi motum prosecutionis aut fugæ. at liberum aut dominativum potest resistere & etiam repellere illam passionem, illumq; instinctum, & potest oppositum ejus sequi; & in hoc differt libertas rationalis appetitûs à voluntario animalis appetitûs, hic enim & passioni servit & instinctui, ille abutroque liber est.

Dominativum à libero, quod est

Non quidem secundum rem, nam ita penitus idem sunt.

Sed solum ratione, eò quòd nomen

Dominativi maximè dicitur respectu actûs imperati, respectu cujus appetitus dominatur per actum elicitum.

Liberi maximè sumitur respectu actûs eliciti, & ideò differentia inter liberum & dominativum non est querenda inter appetitum & appetitum, sed inter actum imperatũ respectu cujus dicitur dominativum, & actum elicitum, respectu cujus dicitur liberum.

* Inter actum autem elicitum & imperatum duplex ponitur differẽtia, altera quidem ex parte

Imperii, nam omni actui imperato repugnat esse imperativum, actibus autem elicitis illud non repugnat; undè cùm voluntas vult movere partes organicas, ipsum movere est imperatum, velle autem est imperativum.

Modi eliciendi, nam omni actui elicito liberè, repugnat esse servile & serviliter elici, nulli tamen actui imperato repugnat, ita enim fieri potest omnis actus imperatus ex concupiscentia, sicut ex electione.

De principiis actionis.

Dubitationes

1 *Dub. Sensus, appetitus, affectus sunt principia agendi*, ut inquit Arist. lib. 6. cap. 1. Ergo, non sunt solùm ista tria principia agendi.

Resp. Actiones à sensu, appetitu, & affectu fluentes, ad voluntatem tanquam ad agendi primarium principium in homine revocantur; sensus enim, appetitus, & affectus, imperio rationis & voluntatis sceptro subjiciuntur: cum tamen rebelles & contumaces sint, actiones ab illis profectæ quodammodo sunt violentæ, ut furor Herculis; quodam respectu invitæ, ut cæcus amor juventutis, quem pœnitentia sequitur: invitè enim tum agere dicimur, cum nos egisse tandem pœniteat.

2 *Dub.* Si quæ actio sit voluntaria, est actio mali ad quod ab ipsâ naturâ propensiores sumus: sed actio mali non est voluntaria, nam omnes actiones improborum sunt involuntariæ, secundum Arist. in hoc cap. eò quòd per ignorantiam fiant. Ergo.

Resp. Duplex est *ignorantia*, altera

Pura negationis, & illa non est voluntaria, quâ nesciens omninò ruit in malum.

Mala dispositionis, ista autem est voluntaria, quia actioni malæ præbet assensum; cùm dicat igitur Arist. quòd ignorent improbi, intelligit crassam illam ignorantiam malæ dispositionis, quâ fascinati homines contumaciter volunt in tenebris ignorantiæ volutari.

An actiones ex ignorantiâ sint involuntariæ.

In hac quæstione considerandæ sunt, & quidem quæstionis

Formaliter, in quod sc. actus volendi directè fertur, ut si dicas ego volo comedere & bibere, tunc comedere vel bibere est formaliter voluntaria.

Virtualiter, quod natum est consequi ad id quod est formaliter voluntarium, ut si quis vult bibere & inebrietur, inebriatus injuriã patitur, dicimus qd inebriari & injuriam pati sunt virtualiter voluntaria, quia inebri-

1 Quia actus volendi directe fertur in ipsum dum ipsa fit.

2 Quia fertur in ipsum, non dum fit, sed post quam

Explicatio, quæ consistit partim in distinguendo

Operationem voluntariam: dicitur enim *voluntaria*, aut

ari est innatum consequi ad magnam potationem, & injuria ad ebrietatem: & sicut de commissione ita de omissione potest exemplificari. v. g. Tu voluisti ludere aut studere in vespere, unde sequitur quòd post studium aut ludum dormiens, non ad preces matutinas pergis, tunc dicendum quòd illud dormire & non ire ad matutinas, est voluntarium; non *formaliter*, quia tu bene velles ad preces pergere, sed *virtualiter* sive consecutivè. Notandum autem quod operatio potest dici formaliter voluntaria dupliciter, vel

postquam est facta. v. g. fodiens terram tuam non volebas invenire thesaurum, quia nesciebas, sed cùm inveneris multùm tibi placuit invenisse, illa igitur inventio thesauri fuit formaliter voluntaria, non dum fiebat, sed postquam facta est: unde patet quòd operatio potest dici voluntaria tripliciter, sc. virtualiter, & formaliter, dum est in fieri, & formaliter cum sit in facto esse.

Ignorantiam duplicem quam habere possumus, alteram

Non voluntariam, quæ est ignorantia negationis, de qua jamjam dictum fuerit.

Voluntariam, dicitur autem ignorantia voluntaria, aliquando

Formaliter, sicut quando quis dicat non loquaris quicquam de isto facto, quia de ipso nihil scire volo, & hæc ignorantia *affectata* dicitur. hujus etiam generis est alia ignorantia quæ dicitur *invincibilis*, scil. quando quis per omnem diligentiam quam potest, non potest rem scire, & hujus ignorantiæ nos non sumus causa, illius sumus.

Virtualiter, idque tripliciter, vel

1 Quandò volumus aliquod opus, ad quod sequitur impedimentū usûs rationis, ut ex nimiâ potatione sequitur ebrietas, quæ tollit usum rationis.

2 Quando volumus aliquam aliam operationem exercere, quæ licet non tollat *usum* rationis, ab ejus tamen consideratione impedit quod debemus scire; ut si quis vellet ludere cùm debeat audire præcepta domini.

3 Quando volumus esse otiosi, & non discere, unde ex negligentia sequitur ignorare illud quod debemus & possemus facilè scire. Hæc ignorantia

rantia *crassa* & *supina* dicitur. *Crassa* metaphoricè, quia crassi sunt communiter desides & somnolenti, per quod impediuntur à consideratione ejus quod debent scire. *Supina* verò, quia tales quasi supini dicuntur, quia non habent rationem elevatam ad illud quod scire debent.

* Distinguendum est secundum Aristotelem inter

- *Involuntarium*, per quod debet intelligi actus positivus contrarius actui volendi, scil. actus nolendi.
- *Non voluntarium*: sc. cujuscunque actûs volendi *negationem*, sive sit negatio
  - *Simpliciter* absoluta, negans.
  - *Privativa*, & hoc sive sit
    - Absque actu contrario positivo.
    - Cum actu contrario, ideò dicit Arist. quòd propter ignorantiam non voluntarium omne est.

Conclusiones istæ, scil.

1 *Nulla operatio quæ fit per ignorantiam est voluntaria formaliter dum ipsa fit*: quia actus volendi non fertur directè in incognitum, potest tamen esse voluntaria *post factum esse*, ut si tunc placeat feciſſe: potest etiam esse voluntaria *virtualiter*, ut si nos illius ignorantiæ sumus causa.

2 *Omnis operatio facta per ignorantiam affectatam vel supinam est voluntaria virtualiter*; quia sequitur ad voluntariam ignorantiam; est tamen possibile quòd post factum sit involuntarium formaliter, & cum multâ displicentiâ, ut si ebrius hominem interficiat, & doleat sobrius.

3 Operatio per ignorantiam invincibilem non est voluntaria virtualiter, cùm non sequitur ad aliquid voluntarium, nec formaliter dum fiat, sed post factum esse; ut si quis fodiendo terram suam thesaurum inveniat.

4 Duo requiruntur ut operatio sit simpliciter involuntaria, scil. &

1 Ut nullo dictorum modorum sit voluntaria, quia involuntarium simpliciter omni voluntario opponitur.

2 Ut sit nolita positive post factum ejus, quia cum non possit esse nolita positivè in facto, nec ante factum, quia tunc ignoratur, patet quòd si non esset nolita post factum esse, quòd non opponitur voluntario positivè, sed solùm negativè vel privativè; sed involuntarium debet opponi positivè ipsi voluntario. Undè sequitur quòd operationum factarum per ignorantiam sola illa dicitur simpliciter involuntaria, quę per ignorantiam sit invincibilem, & quæ cum post factum esset pervenit ad notitiam, esset tristis & in pœnitudine, ut dicit Arist.

Dubitationes.

Dubitationes.

1 *Dub.* De involuntariis operationibus non punimur, ſed de multis factis per ignorantiam punimur, ut ſi ebrietate obcæcati carentes uſu rationis faciamus injuriam, ebriis enim (ut dicit Ariſt.) debentur duplices pœnæ. Ergò, operationes factæ per ignorantiam non ſunt involuntariæ.

Reſp. Iſta operatio eſſet voluntaria, etſi non *formaliter*, tamen *virtualiter*, quia facimus opus ad quod conſequitur iſta operatio quæ formaliter potius involuntaria eſt.

2 *Dub.* Sequitur quod omnes operationes malæ eſſent involuntariæ, & malus nunquam deberet puniri, patet conſequentia per Ariſt. dicentem, ignorat quidem malus quæ debet operari, & à quibus eſt fugiendum.

Reſp. Ignorat quidem malus quid eſt agendum aut formaliter, aut virtualiter; non tamen ſequitur aut quòd iſtæ operationes ſint involuntariæ ſimpliciter, cùm non fiant per ignorantiam, aut nativam, aut invincibilem, nec quod malus propter eas non ſit puniendus, cùm non ſint ſimpliciter involuntariæ.

3 *Dub.* Involuntarium ſecundum Ariſt. eſt triſte, & in pœnitudine, ſed quod ignotum eſt nullam infert triſtitiam aut pœnitudinem. Ergo, ignotum non eſt involuntarium, nam delectatio & triſtitia ſunt paſſiones ſequentes bonum aut malum apprehenſum.

Reſp. Loquitur Ariſt. de involuntario ſimpliciter, quod autem eſt ignotum dum fiat, poſtquam fuerit factum poteſt inferre triſtitiam & dolorem patienti, modò non ſit craſſâ & affectatâ ignorantiâ ignotum.

☞ Breviter & probabiliter dici poteſt, quòd nulla actio facta per ignorantiam eſt invita, niſi per nativam & invitam ignorantiam fiat, nam per ignorantiam craſſam facta eſt magis voluntaria appellanda.

An ignorantia excuſet peccatum.

☞ Ignorantia alia
- 1 *Nativa* in infantibus & ſervis à naturâ quæ quodammodo excuſet peccatum, quia iſta non eſt voluntaria.
- 2 *Invita* in benè volentibus, ſed non valentibus ſcire & operari bonum; ut ſi quis vinculis apud Turciam detentus fidem religionemque optaret intelligere, tyrannide tamen oppreſſus non poteſt, & talis ignorantia excuſet.
- 3 *Craſſa* ſeu ſupina ex adverſo in bene potentibus, ſed non volentibus ſcire & operari bonum; & iſta ignorantia longe abeſt ab excuſando peccata, nam ipſa eſt peccatum, & peccatum auget.

* Craſſa verò ignorantia aggravat peccatum, tum
- 1 Quia fit ex *ſocordiâ*, ut in otioſis.
- 2 Quia fit ex *philautiâ*, ut in ſuperbis.
- 3 Quia fit ex *malitiâ*, ut in deſperatis, quorum vox eſt *ſcientiam tuarum viarum nolumus.*

1 *Dub.* Eſt ignorantia merè privativa, ergo illa diſtinctio triplicis ignorantiæ non eſt ſufficiens.

Reſp. Privativa ignorantia analogicè ſub invita continetur.

2 *Dub.* Natura est mater benigna omnibus. Ergo, non est nativa ignorantia.

Resp. Natura servum & ignorantiam parit, est tamen mater omnibus, nam utile est servo inservire, utile est multis res altas ignorare, aliter civitas quæ est naturæ filia, foveri & conservari non potuit.

An omnes operationes nostræ violentæ sunt involuntariæ.

In hac quæstione observantur &

- Definitio violenti. *Violentum est cujus principium extrinsecum est, nihil conferente vim passo.*
- In Explicando definitionem violenti: est quidem igitur
  - Explicatio definitionis, quę consistit in distinguendo
    - *Principium*, quia aliud est
      - *Activum*, quod intelligitur in definitione violenti.
      - *Passivum*, quod non intelligitur, ipsum nunquam enim est extra.
    - *Vim*, quæ etiam est duplex,
      - *Activa*, quæ intelligitur in definitione violenti, seu coactiva (i.) agens cum altero.
      - *Passiva*, quæ non intelligitur, lapis enim movetur sursum violenter, & tamen habet ad illum motum vim seu potentiam passivam: aliter enim nunquam posset moveri sursum, nisi posset sine potentia.
- *Fundamentum*, quod consistit partim
  - In declarando conditiones violenti, quæ sunt tres, nimirum istæ conditiones
    1. Quod passum nihil agat ad eam formam.
    2. Quod passum ejus introductioni resistat.
    3. Quod passum tendat in oppositam operationem.

☞ Nam ad violenti rationem non sufficit carentia activitatis, nam tum materia violenter reciperet formam, immo requiritur resistentia positiva, immò nec ipsa sufficit, quia tum motus cœli esset violentus, mobile enim resistit motori, secundum *Aver. 4. Physic.* aliter cœlum, moveretur in instanti, sed requiritur etiam tendentia in oppositum, qualem habet grave ad deorsum quando movetur sursum.

- *Involuntarium*, quod dicitur aut per
  - Negationem actûs volendi, ut quia voluntas non tendit in bonum.
  - Positionem actûs contrarii, ut quia voluntas illud aspernatur.
- *In distinguendo* tũ quidem
  - *Actum voluntatis*, qui duplex est, alter quidem
    - Manens in ipsa, scil. velle aut nolle, qui solet appellari motus voluntatis *elicetus*.
    - Non manens in ea, scil. ille quo aliæ potentiæ animæ vel membra corporalia imperio voluntatis movent aut moventur, & actus *imperatus* nominatur. Notandum quòd quæstio non habet locum in actibus voluntatis *elicitis*, quia in iis non est dare voluntarium nec violentum, quia nulla volitio potest dici involuntaria, omnis autẽ talis actus voluntatis, est quodammodo volitio contrarii illius. Igitur quæstio habet solùm locum de operationibus *imperatis*.

☞ Operatio dicitur violenta, aut
- Passo, ut si grave moveretur sursum.
- Agenti, ipsique extrinseco, scil. quando operatio est contraria ei ad quam agens inclinat patiens, v. g. Si ego nitar trahere navem ad unam partem, & tu fortior existens trahis ad alteram partem, tum tu violentas me.

☞ Cum igitur operationes imperatæ non sint in voluntate, constat quòd ipsæ possunt dici violentæ dupliciter, aut
- 1 Ex parte subjecti istius operationis, scil. quia in illo est virtus inclinativa, ad oppositum istius rationis.
- 2 Ex parte voluntatis, quia scil. illa operatio est opposita ei, ad quam voluntas nititur trahere illud subjectum: primâ igitur violentiâ non oportet quòd violentum sit involuntarium: at secundâ violentiâ violentum est involuntarium, unde patet quòd naturalis motus ex parte subjecti potest esse involuntarius, & è converso violentus ex parte subjecti potest esse voluntarius.

☞ Violentum capitur aut ut distinguitur contra
- *Voluntarium*, & sic omne violentum dicendum est ad quodcunque nos trahunt aliæ potentiæ contra voluntatis imperium vel inclinationem.
- *Naturale*, & sic nulla operatio est nobis violenta, ad quam ex quacunque potentia in nobis existente, sive ex parte corporis, sive ex parte animi inclinaremur, & tunc dicendum est quod non omne violentum est involuntarium.

Dubitationes.

1 *Dub.* Si virgo per amasium suum in sui defloratione magnam patiatur violentiam, tamen propter talem vitiationem vituperatur; at de involuntariis nec laudamur nec vituperamur.

Resp. Licet aliqua in vitiatione virginis fiat membrorum violentia, tamen appetui concupiscibili non fit violentia, imo illa vim confert operationi: similiter & voluntas; nam licet voluntas ratione conjunctæ turpitudinis, per judicium rationis ipsam minùs approbet, tamen ratione conjunctæ delectationis per concupiscentiam appetitus vincitur, & ad facinus pertrahitur.

2 *Dub.* Homo existens in profundo puteo, per violentiam sursum trahitur, nam grave solùm violenter sursum ascendit; hoc tamen est illi voluntarium.

Resp. Motus iste est violentus, ut violentum distinguitur contra { Naturale. Non ut contra voluntariũ, nam qd ita violentum est, omne involuntarium esse necesse est.

3 *Dub.* Levare manum quæ est corpus grave est violentum, cum sit contra naturam gravitatis: at non est involuntarium. Ergò.

Resp. Talis violentia contrariatur { *Gravitati.* Non *voluntati*, ideo non efficit involuntarium.

4 *Dub.* Omne involuntarium triste, (ut infrà docetur.) at datur violentum non triste, ut si amicum quis in signum amoris leviter percutiat. Ergo.

Resp. Ad perfectam violenti notitiam notandum, qd passum nõ conferre vim ad operationem sibi illatam potest intelligi, vel quòd conferat vim aut

- *Simpliciter* nullam, nec ad propositum, nec ad oppositum; sicut superficies in quantum superficies respectu albi aut nigri: & tali modo sumptum violentum propriè non potest dici violentum.
- *Secundum quid*, scil. nullam ad propositum, sed ad oppositum, sicut lapis projectus sursum non confert ad ascensum, sed ad descensum, & tale propriè violentum dicitur: passum autem conferre vim ad oppositum; potest esse dupliciter, aut quidem
  - *Comparatè*, quia secundum unam vim potest conferre ad oppositum, & secundum aliam ad propositum: cùm enim levatur manus, ipsa manus confert ad oppositum, per vim gravitatis, sed confert ad propositum per vim motivam animalis; & sic motus iste comparatus gravitati, est violentus; naturæ tamen animalis collatus, est naturalis: è contrà tamen, si quis contra conatum ab alto deorsum caderet, ille motus respectu gravitatis naturalis, respectu voluntatis violenta esset.
  - *Absolutè*, & sic passum ad operationẽ conferre vim, potest esse dupliciter, aut
    - *Mediatè*, applicando se ut passivum activo, sicut aliquis accedens ad ignem calefactus est ab igne, qui accedens confert ad calefactionem, quia confert ad approximationem.
    - *Immediatè*, sicut accessus immediatè nõ confert ad calefactionem, cum tota sit ab igne; hæc igitur calefactio seorsim sumpta, & ad appropinquationem non relata, violenta est calefactio, sed

ad

ad approximationem relata tanquam ab eâ dependens, non est ei violenta.

* Involuntarium potest attribui, aut
- *Operationi voluntati*, aut
  - *Immanenti*, & nulla talis potest involuntaria dici.
  - *Imperata* ab ipsâ, quæ potest interdum esse involuntaria, sicut audire possumus interdum ea quæ nolumus.
- *Passioni virium* obedientium voluntati, quæ etiam involuntaria esse potest.

An operationes omnes quæ propter metum fiunt, aliásque non fierent, sint involuntariæ.

In hac quæstione observantur, &

Explicatio quæstionis, quæ consistit in distinguēdo considerationes talium operationum: possunt enim considerari, aut
- *Absolutè*, & sic dicuntur involuntariæ, nemo enim absolute eligeret merces in mare projicere, sed solùm secundum rationem accidentalem circumstantiarum; non est illud itaque secundum rationem propriam eligibile, quia propria ratio rei non sumit accidentia.
- *Comparatè*, in ordine ad concurrentes circumstantias, & inducentes metum propter quem fiunt; sic dicendæ sunt voluntariæ & eligibiles, quia omne ordinatum ad finem volitum, ut est hujusmodi, est voluntarium; tales vero sunt istæ operationes cùm ordinentur ad bonum aut salvandum, aut procurandum, vel evitandum malum, quod timemus incurrere. unde patet, quòd tales operationes sunt quodammodo voluntariæ, & involuntariæ quodammodo, ideò Arist. dicit quòd sunt *mixta*. Itaque projicere merces in mare est *simpliciter involuntarium*; per respectum autem ad salutem quam inde intendunt conservare, est *voluntarium*; cùm ille operatur volens, in cujus potestate, aut operari, aut non operari situm est.

Dubitationes.

1 *Dub.* Omnia in quibus non est voluntas non sunt voluntaria, at in actionibus metu factis non est voluntas, cùm remoto metu non fierent. Ergo.

Resp. Actio consideratur vel respectu
- Externi principii impellentis, ut puta tempestatis, & sic ex parte violenta est.
- Interni principii, nempe voluntatis & mentis, quæ omnem effectum regerent, & sic voluntaria dicitur.

2 *Dub.* Violentum & voluntarium in actionibus non sunt opposita, nam ejaculatio lapidis sursum est & violenta, & voluntaria. Ergo, actio male in ipsas dividitur.

Resp. Nego

Resp. Nego argumentum, quia est voluntaria & violenta respectu diversorum, est enim illa actio { *Voluntaria* ex parte agentis hominis. *Violenta* ex parte patientis lapidis.

3 *Dub.* Quod inest alicui secundum se, non aufertur ab eâ propter quodcunque adveniens extrinsecum, sed nullus secundum se eligeret merces in mare projicere, ergo quocunque alio adveniente ipsa operatio remanebit involuntaria.

Resp: Major vera est, ideò in talibus operationibus semper manet ratio involuntarii, quamvis tamen ab extrinseco accidat iis ratio voluntarii, ideò quantumcunque sunt voluntariæ, tamen hoc non est purè, sed cum involuntarii immixtione. Vel dicendum, quòd cùm bonum sit objectum voluntatis, sicut quid contingit habere rationem boni, ita rationem voluntarii, & sicut mali, ita involuntarii; cum itaque tale sit bonum solùm secundum quid, ergo erit involuntarium solum secundum quid, & secundum quid involuntarium respectu externi impellentis involuntarium; at voluntarium tum ratione electionis voluntatis, tum ratione melioris finis ad quem ista actio ordinatur.

An timori cedere in aliquo casu sit laudabile: vel an malum aliquod propter timorem majoris mali sit faciendum?

In hac quæstione observantur, &

1 Distinguêdo malum, quod est duplex, aut
- *Culpæ*, ad quod nemo impelli debet, vel ob metum majoris mali, vel ob spem majoris boni:
  1 Ne fiat scandalum alteri.
  2 Ne fiat periculum sibi.
  3 Ne fiat damnum civitati, qui enim malum perpetrat leges violat, & civitati damnum infert. 5. *Ethic. cap.* 4.
- *Pœnæ* & damni, ad quod & malus per legem, & justus per vim, & tyrannidem impelli potest, & aliquando debet.

Explicatio, quæ consistit partim in

2 Explicando quatuor timoris species, seu gradus; quorum quidem alter nominatur timor
1 *Pœnæ*, quæ est primus gradus & species timoris, quo virtutes inchoantur, & dicitur *timor servilis*, quia propter fugam pœnæ facit declinare à malo, & bono adhærere.

2 *Culpæ*, qui est secundus gradus & species virtutis, quo augmentatur virtus, qui est timor turpitudinis, *filialisque timor* nuncupatur, qui propter fugam vitiosæ turpitudinis continet hominem bono conjunctum.

3 *Moræ*, qui tertius gradus & species timoris, qui virtutem conservat, & dicitur *castus timor*: quia sicut mulier casta timet morosam & diuturnam sui viri absentiam; sic isto timore studiosus homo timet diuturnum intervallum, & morosam dilationem operis virtuosi, ideò propter fugam otii facit hominem in bonis operibus exerceri.

4 *Reverentia*,

4 *Reverentia*, qui est quartus gradus & species timoris, virtutem perficiens, qui *timor sanctus* nuncupatur: ipse enim universam naturalium bonitatem dedicat & firmat in bonitate & sanctitate moralium, & per consequens reverentiam virtutis afficit, & in hoc totius virtutis perfectio consistit.

Conclusio, quæ etiam consistit in distinguendo modum timoris: nam timor potest nos ducere vel ad operationem secundum se

Bonam, & tunc timori cedere est laudabile, ut patet primo de timore *culpæ*, nam timere turpitudinem ut agas bene, pertinet ad virtuosos & verecundos, qui propter hoc laudantur; & non temerè ad vitiosos & inverecundos, qui inde vituperantur. Secundo patet de timore pœnæ, pueri enim si propter timorem verberum vadunt ad scholas & benè addiscant, laudantur, licet si illud facerent sine tali timore magis laudarentur: vituperantur tamen si non cedunt timori, ita qd propter quemcunq; timorem non vellent addiscere: sic etiam potest dici quod operantes bonum propter timorem pœnæ laudamus, non simpliciter, sed respectu illorum qui nullo modo aut timore trahi possunt; vel laudamus non propter præsens, sed propter spem de futuro.

Malam, & tunc ille timor est vel ex causa

Parvâ, ita quod non caderet in constantem virum, & tunc cedere timori est vituperabile, & non cedere laudabile; vitiosi enim & incontinentis est ex parva causa committere turpe.

Magnâ, quæ in constantem virum caderet, tum illud malum est turpitudinis, aut

1 *Excellentis*, ut occidere patrem, aut negare fidem, & tunc cedere timori est vituperabile, & in illo nec venia nec misericordia locum habet.

2 *Mediocris*, & tunc habet locum venia, sed non misericordia.

3 *Parva*, & tunc cedendo timori habet locum & venia & misericordia. De primo horum loquitur Arist. quod potiùs moriendum est, quàm turpe committendum; in cæteris tamen casibus non cedere timori laudabile est; quia semper est laudabile plus diligere honestum quàm timere pœnam.

☞ Moriendum est itaque potiùs quàm tale turpe committendũ, tum

1 Quia turpe infamiam post mortem parit, melius est igitur mori pro virtute, quam cum ignominia vivere.

2 Quia turpe miserum facit, melius est ergò mori cum dignitate, quàm in servitute peccati vivere, est enim (inquit Philosophus) peccatum quædam mors & corruptio animi.

3 Quia turpe Deum infensum reddit, qui est summum, simplex, & incommutabile bonum.

*No-

* Notandum tamen, quòd si timor inducat ad actionem nec secundum se bonam nec malam, tum timori cedere laudabile, non cedere vituperabile judicatur, quoniam hoc est pertinacia, quæ propter suam ad constantiam oppositionem vituperabilis est.

Dubitationes.

1 *Dub.* Nullum malum spe aut metu fieri potest à voluntate, Deus enim est forma movens seu actus voluntatis, à quo nihil mali fluit. Ergò malè statuitur quæstio. Probatio antecedentis est in 11. *Metaph.*

Resp. Quando ad unum effectum duæ causæ necessariò concurrunt, potest esse defectio in actu ex parte unius, & non ex parte alterius; posita ergò, quòd ad velle concurrat Deus & voluntas, potest esse defectio ex parte voluntatis, interim ut nulla sit causa mali ex parte divini numinis; divina enim voluntas semper influens bonum nullâ tenetur lege voluntatem ad bonum impellere, si ergò à recto declinat voluntas, ab illa, non à Deo fluit defectus.

2 *Dub.* Cujus oppositum est vituperabile, ipsum est laudabile; sed in aliquo casu oppositum ejus scil. timori non cedere est vituperabile, ergò, timori cedere est laudabile.

Resp. Dictum est quod cedere timori ducenti ad { *Bonum* laudabile existit. *Malum* vituperabile, licet secundum diversos gradus.

☞ Notandum quòd actio mixta, magis sequitur voluntatem, quàm vim. { 1 Quia voluntas est internum istius actionis principium, licet etiam aliud sit externum impellens. 2 Quia voluntas est agens liberum, & à nulla omnino necessitate coactum.

☞ Notandum etiam qd duplex est voluntatis actus, scil. { *Primarius*, qui proxime voluntatis essentiam sequitur, ut velle, nolle; & hic cogi non potest. *Minus primarius*, qui aliâ potentiâ mediante nascitur, cujusmodi sunt loqui, ambulare, &c. & talis actus est aliquando involuntarius, & invitâ Minervâ (ut aiunt) editus.

An operationes factæ propter iram aut concupiscentiam sint involuntariæ?

Dubitationes.

1 *Dub.* Illud non est voluntarium quod provenit à principio non voluntario, sed istæ operationes sunt hujusmodi, nam ira non est voluntaria, quia non sponte fit, nam irascimur & timemus non sponte. 2. *Ethic. cap.* 5. *tex.* 5. & *lib.* 3. *cap.* 2. *tex.* 5. Ergò.

Quoad tum { *Moderationem.* *Refrænationem impetuum.*

Resp. Istæ

Resp. Istæ passiones sunt voluntariæ — Non quoad earum extinctionem absolutam, unde verum est quod interdum timemus & irascimur, tum — *Sponte*, sive moderatè, sive immoderatè irascamur aut timeamus; ideò 2. *Ethic. cap.* 5. *text.* 4. dicitur, quòd habitus morales qui sunt in potestate nostra, sunt secundum quos ad passiones nos habemus benè vel malè, puta ad iracundiam si quidem vehementer aut remissè habemus, malè, si autem mediocriter, benè.

Voluntariò, nam quāvis passio vehemens effectu fuerit, tamen voluntas potest ejus conatum restinguere, ut nō transeat ad opus; ideò semper voluntas est aliquo modo causa operationis, aut — *Positivè*, si consentiat appetitui sensitivo. *Privativè*, si non ipsum regat & moderetur, sicut submersionis navis nautam, per sui absentiam dicimus esse causam, culpamque actionis illi debere imputari.

2 *Dub.* Dicit *Arist. 7. Eth. cap. 7.* quòd incontinens & mollis sæpe vincuntur à passionibus, non itaque possit voluntas passionum impetibus obviare, & appetitus impetum sic restinguere, quod non moveat ad exercitium operis ad quod per passionem inclinatur.

Resp. Appetitum sensitivum non ita liberum dicimus sicut ipsam voluntatem, necessitatur enim appetitus sensitivus ad agendum & movendum ad prosecutionem & generaliter omnes suos actus, aut quidem ab

1 Objecto.
2 Operationibus.
3 Habitu ejus.
4 Innatis dispositionibus.
5 Voluntate.
6 Ratione.
7 Aut ab omnibus istis simul.
8 Pluribus ipsorum ad invicem combinatis,

Hoc autem non est ita de voluntate, quæ seipsa liberè, cæteris utcunque se habentibus, potest in oppositos actus ferri: sed ideò liberè dicitur appetitus sensitivus ad voluntatem se habere, ex eo solùm quod quandocunque per fortiorem impetū passionis potest, in oppositum ejus quod ratio dictat, & ad qd voluntas inclinat, fertur: nec tamen potest appetitus sensitivus ita in contrarium voluntatis ferri, quod potest totum ejus conatum evertere, sed quia per fortem tractum passionis, potest contra conatum debilem voluntatis in incontinentibus resistere. Voluntas ergò trahit ad oppositum passionis, sed non suâ vi totâ, propterea quod permittet se vinci i. e. conatum passionis superare conatum ipsius: tantatamen est naturalis voluntatis dominio, quod non potest tantum habere impetum passio in trahendo appetitum, quia voluntas in habente usum rationis potest habere rationem.

3 *Dub.* Voluntas est cum ratione, 3 *de Anima*, at bruta rationem non habent. Ergò, non operantur voluntariò, ut hîc dicit Aristoteles, *tex.* 6.

Resp. Nomine *voluntatis* possumus uti aut quidem
- *Communiter*, prout se extendit ad appetitum sensitivum & intellectivum, sicut dicimus canem velle: & à voluntate sic acceptâ, voluntaria dicitur operatio, quæcunque mediante cognitione sponte operatur, scil. absque coactione, & ita bestiæ, & pueri voluntate operari dicuntur.
- *Propriè*, ut restringitur ad intellectivum, & sic solummodò homines qui usum habent rationis voluntariè dicuntur agere.

2 *Resp.* Aliter dici potest voluntarium capi, aut pro
- Actione fluente à principio activo, cum cognitione finis perfectâ; & sic belluæ & pueri non agunt sponte.
- Actione fluente à principio activo, cum cognitione quâdam imperfectâ ipsius finis; sic in textu belluæ & pueri voluntariè dicuntur agere ab Aristotele.

3 *Resp.* Vel aliter dicendum quod hîc voluntarium capitur
- Non *praecisè*, pro eo ad quod voluntas inclinat.
- Sed *generaliter* pro non involuntario, & quia involuntarium aut est
  - Propter *ignorantiam*.
  - Propter *violentiam*, & cum pœnitudine.

  Et nullum istorum est in operatione quæ fit per iram aut concupiscentiam; ideò talis operatio voluntariè dicitur, non involuntaria.

4 *Dub.* Si pueri ante usum rationis operarentur voluntariò, ut in textu dicit Aristot. cùm in voluntariis, sicut dicit Aristot. sint laudes & vituperia, ideò tales pueri de suis operationibus sunt laudandi aut vituperandi, quod est falsum. Ergò.

Resp. Voluntarium
- In illis in quibus non est rationis usus ante adventum passionis, sicut est de pueris, non est laudabile aut vituperabile, non aut pœnâ aut præmio dignum.
- In illis qui habebant rationis usum ante adventum passionis, erit laudabile tanquam virtuosum, aut præmio dignum; aut vituperabile, tanquam vitiosum, & supplicio resecandum; & hujus duplex assignatur ratio,
  - 1 Altera, quia licet ira & concupiscentia multùm turbent usum rationis, tamen ipsum non tollunt absolutè, nec tollunt hominis dominium, quia ipse potest ratione impetum iræ aut concupiscentiæ reprimere, & non permittere se duci passione.
  - 2 Altera, quia cùm ante adventum passionis habeat homo plenum usum, potens est advenientem moderate passionem, & ejus impetum obtundere, eamque semper ratione ducere. Dicendum igitur, quòd operationes quæ propter iram aut concupiscentiam fiunt, non ex eo vituperabiles, si sint pravæ, quia propter passionem fiunt, sed eo quia voluntas & ratio poterant restinguere, & non restinguunt, vel si aliqualiter restinguunt, non tamen quantum debent, ut in incontinentibus.

5 *Dub.* Si

5 *Dub.* Si brutum voluntariè operaretur, tum mala quæ faceret essent sibi imputanda, quod falsum est. Ergò.

Resp. Verum est si ageret voluntariè voluntate intellectivâ, non sensitivâ. loquendo autem de idiotis verum esset illud, si illud agerent cùm usum rationis habeant, aliàs non.

6 *Dub.* Licet & bonæ & malæ operationes sint ex eâdem causâ, non tamen eodem modo, qui enim malè operatur illud propter passionem facit, ipsa enim passione ducitur tanquam principali agente: qui autem benè agit propter passionem, & ipse & passio ejus ratione ducuntur, & ita ratio & voluntas sunt principale agens, passio autem cooperatur; cum igitur operatio trahit denominationem à principali agente, & non cooperante, non debet mala dici voluntaria.

Resp. Voluntarium aliud est scil.
- *Formaliter*, quod apertè patet in bonis, in quibus planè appareat voluntatem esse principale agens, licet illud in quibusdam malis etiam appareat.
- *Virtualiter*, quod etiam in omnibus malis cernitur operationibus, nam licet forsan voluntas non directè feratur in ipsam malam actionem, quæ fit propter passionem, tamen voluntas permisit passionem invalescere, unde quicquid inde sequitur illud voluntarium dicitur, etsi non formaliter, tamen virtualiter.

7 *Dub.* Illa non sunt voluntaria, quæ homo non operatur per voluntatem, sed aliquando contra voluntatem: sed tales operationes non sunt per voluntatem, quia fiunt per iram & concupiscentiam, quia pertinent ad appetitum sensitivum, qui est alius à voluntate, etiam quia voluntas est in ratione, 2 *De Anima*, quæ itaque non fiunt secundum rationem, non fiunt secundum voluntatem, at tales operationes non sunt secundum rationem. Ergò.

Resp. Illæ operationes procedunt à voluntate hominis, etsi non immediatè aut formaliter, quia voluntas forsan non directè in ipsas fertur, tamen virtualiter, quia non regit ipsum appetitum sensitivum, in quo sunt istæ passiones, quem regere debuit.

* Concupiscentia est voluntaria, tum propter
- Consensum voluntatis, quæ cum affectu movetur.
- Appetitum delectationis, qui voluptate vincitur.

An homo eo tempore quo non potest uti ratione possit peccare mortaliter?

* Peccatum aliud
- *Commissionis*, quando quis aliquid facit quod non debet.
- *Omissionis*, quando quis id non facit quod facere debet.

Dubitationes.

1 *Dub.* Tunc non est dominus suorum actuum, plusquam ignis vel bestia: sed peccata sunt in nostro dominio & potestate, secundum Aristot. in hoc lib. *cap.* 5. *ex.* 1. Ergò.

Resp. Ad peccandum sufficit aut dominum esse { Istius operis, aut Ejus ad quod opus est innatum consequi; quod si verò neutrius dominus fuerit, tum nec illud peccatum sibi erit imputandum.

An voluntas cæteris omnibus eodem modo se habentibus determinetur aliquando ad unum oppositorum, aliquando ad alterum?

1 *Dub.* Aut ita determinatur, aut voluntas non est libera, non enim aliundè libera dicitur, nisi quia ad neutrum oppositorum astricta est. at est libera. Ergo.

Resp. Voluntas quidem est indifferens, imò etiamsi objectum quantum est ex parte suâ, sit innatum inclinare fortiùs ad unam partem quàm ad aliam, potest se ad partem oppositam determinare.

2 *Dub.* Agente sufficienter approximato, & passo sufficienter dispositio, oportet quòd fiat actio. Ergo voluntas necessario cùm habeat objectum actuale, in ipsum fertur.

Resp. Antecedens vera est quidem de agente { *Naturali.* Non *voluntario*: nam hoc inter agens naturale, & voluntarium est discriminis, quòd agens voluntarium potest se liberè ad utrunque oppositorum determinare, cæteris omnibus eodem modo se habentibus.

3 *Dub.* Motor cœli est motor voluntarius, & tamen determinatur necessariò ad motum cœli, secundum Arist. 8. Physic. Ergo.

Resp. Movet quidem cœlum *necessariò*, { Non *propter defectum libertatis voluntatis*, nam iste liber est, aut ad movendum, aut non movendum. Sed *propter immutabilitatem ejus voluntatis*, eò quod non potest mutatio in eam cadere. vel dicendum quod si respicianus ejus voluntatem absolutè, tum est penitùs indeterminata; sin verò ut est pater, princeps, prima causa omnium rerum, ita est determinata ad movendum, quia sic decrevit.

4 *Dub.* Aut voluntas determinare se ad utrunque potest simul, & sic forsan in contraria simul ferretur; aut ad unum solum: aut ergo illud solùm velle potest. & sic ad ipsum necessariò determinatur, aut potest nolle etiam, & sic contrarii actus simul in ipsum cadunt.

Resp. Illa propositio, *voluntas potest simul velle & nolle*, potest intelligi dupliciter, vel quòd ista vox *simul* conjungatur isti termino, { *Potest*) & sic propositio est vera, nam simul est in potentia ad velle & nolle. *Velle & nolle*) & sic illa propositio falsa est.

☞ Notandum quòd quidam probabiliter defendunt, quod voluntas necessariò fertur in ipsum finem, voluntas enim necessariò in ultimum finem ratione suæ universalis bonitatis inclinatur, si ipsi sine apparentiâ mali fuerit præsentatus, contingenter tamen in medio fertur, nisi unum solum medium sit, & hoc valdè probabiliter defendi potest.

An

An voluntas ſit activa illorum actuum oppoſitorum?

1 *Dub.* Illi actus ſunt actus nolendi & volendi, at reſpectu eorum voluntas eſt paſſiva. Ergo non eſt activa, nam aliter eſſet in actu & potentia reſpectu ejuſdem.

Reſp. Anima quantum ad actum volendi ſpectat conſideratur, vel
- Ut eſt informata aliquo actu priori, ſcil. judicio, aut de bonitate, aut malitia objecti, aut complacentiâ vel diſplicentiâ quâdam ejus, & poteſt ſe movere ad actum volendi.
- Ut poteſt hujuſmodi actum volendi recipere, & ſic eſt iſtarum operationum paſſivum: idem igitur realiter poteſt eſſe ejuſdem activum & paſſivum, non tamen ſecundum idem abſolutè, ſed ſecundum partem.

2 *Dub. Idem non movetur à ſeipſo.* 7. Phyſic. Ergo, idem non eſt activum & paſſivum.

Reſp. Sicut grave movetur à ſeipſo, non tamen primò ſed mediante gravitate, ſic voluntas à ſeipſâ movetur, non primò, ſed mediante aliquo priori actu quo informatur.

3 *Dub.* Si voluntas poſſit ſeipſam movere ad actum volendi, tum ipſa non indigeret objecto ad volendum; quod falſum eſt. Ergo.

Reſp. Nego majorem, nam non agit ſine cognitione, nec cognitio fit ſine objecto præſente, aut realiter & per ſe, aut intentionaliter, & per ſpecies in phantaſia, vel in memoria reſervatas.

☞ Notandum diligenter, quòd ſi in noſtra anima poneretur voluntas agens diſtincta realiter à voluntate paſſivâ, tum concedendum quòd libertas & dominium noſtrarum operationum attribuendum eſſet nobis per iſtam voluntatem, non ratione voluntatis paſſivâ, ſed activâ; ſi autem adhuc voluntas paſſiva eſſet eadem realiter cum activâ, tamen libertas & dominium eſſent attribuenda nobis per illam voluntatem, non in quantum paſſiva, ſed activa.

☞ Notandum quòd probabiliter dici poteſt ſecundum prædicata intellectui agenti attributa lib. 3. de animâ cap. 6. quod intellectus agens non eſt ponendus animæ noſtræ pars aut potentia, ſed Deus virtute cujus objectum agit, & in ſenſum, & intellectum: undè benè apparet cur Ariſt. ponat intellectum agentem, & non agentem ſenſum, quia Deus eſt intellectus, & non ſenſus. ſimiliter de voluntate & intellectu dici poteſt.

4 *Dub.* Agens eſt nobilius paſſo, at voluntas non eſt nobilior ſeipſa, imò eâ ratione, nec objectum erit iſtarum operationum activum.

Reſp. Paſſum poteſt eſſe æquè nobile, imò nobilius agente
- *Propinquo & minùs principali*, ideò voluntas objecto nobilior, ſibi-ipſi æquè nobilis eſſe poteſt.
- *Non remoto aut principali*, ideò voluntas eſt Deo minus nobile, qui eſt agens principale, in cujus ſolùm virtute objectum agit, ſicut animal per calorem productum, calore eſt nobilius, non tamen cœlo quod eſt principale agens.

2 *Reſp.* Agens eſt præſtantius paſſo quoad
- Activitatem.
- Non eſſentiam.

* Voluntas sic in omni actu volendi patitur ab objecto, quia oportet objectum esse cognitum; ejus autem cognitio agit ad actum volendi, & aliquo modo immediatè vel mediatè agebatur ab aliquo exteriori objecto. In substantia enim animæ nostræ non est sufficiens activum & passivum intellectionis & volitionis, cùm ad primos actus necessariò requiratur objectum, & ad posteriores actus requirantur actus primi: nam objecta necessariò requisita ad actus primos, & primi necessariò ad posteriores, habent se ad actus illos quibus sunt necessarii, vel activè, vel passivè, vel principaliter, vel dispositivè.

An actum volendi aut nolendi præcedat in voluntate aliquis alter actus, mediante quo actus volendi fiat in voluntate?

Dub. Voluntas, cum seipsam determinat, est activa suæ determinationis, nam aliter non esset libera, at illa determinatio non est ipsa volitio, quia respectu volitionis passiva, respectu determinationis solùm activa est voluntas, nec est ipsa voluntas, quia semper existente voluntate non est semper talis determinatio, ideò oportet istam determinationem esse dispositionem mediam inter voluntatem & volitionem.

Resp. Licet voluntati sit dispositio necessariò prævia ad volendùm, tamen libertas in volendo est, non ratione illius dispositionis, sed ratione ipsius voluntatis. Nec in ipsa voluntate requiritur aliqua dispositio prævia determinans voluntatem ad necessariò volendum, aut nolendum: sed benè requiritur dispositio prævia sine quâ voluntas agere non possit in seipso actum volendi aut nolendi. Hunc tamen actũ præcedunt in voluntate species quædam præviæ objecti præsentati ei, ita tamen quod cùm fuerit voluntas his speciebus informata, non necessariò transit in actum volendi aut nolendi, sed liberè potest vel in ipsum transire, vel differre: potest liberè imperare intellectui, ut amplius de illo objecto inquirat, aut ab hujusmodi consideratione omnino desistat, quod ante receptionem specierum non poterat; licet igitur non potest velle & nolle, nisi tales species receperit, iis tamen receptis non necessariò determinatur ad volendum aut nolendum, sed se ad quod vult determinat.

An propositis duobus bonis per rationem, scil. majori & minori incompossibilibus, voluntas dimisso majori bono possit velle minus bonum?

Dubitationes.

1 *Dub.* Si non posset; tum voluntas non esset libera, neque domina sui actûs à principio usque ad finem, contra Arist. in hoc libro cap. 5.

Resp. Negatur major, nam licet pro eo tempore quo ambo ista bona præsentantur, non potest velle minùs bonum, est tamen ipsa voluntas libera, tum quia alio tempore minus bonum velle potest, in quo non amplius stabit illud judicium; tum quia est in potestate voluntatis imperare intellectui, ut desistat à consideratione illius boni majoris, & tunc poterit acceptare minus; tum quia vel potest

eligere

eligere, vel non eligere ipsum majus bonum, si tamen debeat eligere ipsa, necessario eliget majus bonum, minus enim eligere non potest, non enim ex sua libertate possit habere quod velit minus bonum, quia illa libertas non est ei data à Deo propter suum malum, sed bonum; at minus bonum comparatum majori est quasi malum. Hoc tamen (ut dictum est) animadverti debet, quòd voluntas non necessariò fertur in prosecutionem majoris boni, sed potest differre actum volendi, ut ante, ut fiat inquisitio major de his omnibus quæ concomitari possunt, aut insequi illud majus bonum; nam si ipsum esset absque aliquo minori bono præsentatum voluntati, ipsa posset secundum priùs dicta differre actum volendi, ergò multo magis hoc potest cum altero incompossibili bono: & hoc necessarium est ad voluntatis libertatem.

2 *Dub.* Si illud majus bonum esset sibi præsentatum absque minori bono, adhuc voluntas posset non velle ipsum, aliter non est libera, nec domina sui actûs; igitur non minus potest ipsum non velle, si cum minori bono fuerit præsentatum: quid igitur illi prohibet velle minus bonum.

Resp. Prohibitio quidem hæc provenit ex hoc, quòd tunc minus bonum præsentatur illi sub ratione mali, modò licet voluntas non necessariò feratur in bonum sibi præsentatum, sed posset differri ratione suæ libertatis, tamen non potest ferri in malum sub ratione mali.

3 *Dub.* Voluntas potest ferri in malum sub ratione mali, quia eadem est potentia oppositorum, ut visus albi aut nigri; bonum autem & malum sunt opposita, secundum Aristot. cap. 11. tex. 1. & Categ. c. 11. Ergò si voluntas est boni, ergò & mali, ergò minus boni.

Resp. Eadem est potentia oppositorum { *Cognitiva.* / Non *appetitiva* nisi alterius { Secundum *acceptationem*, sicut voluntas est boni. / Secundum *rejectionem*, sicut voluntas est mali. }

Resp. Vel dicendum quod est oppositorum non omnium, sed eorum quæ sunt sub suo objecto, ut visus albi aut nigri sub colore; voluntas oppositorum sub bono.

An voluntas posset velle, contra vel prater judicium rationis.

Dubitationes.

1 *Dub.* Si non posset, tum non esset verè libera. Ergò.

Resp. Voluntas dicitur libera { Non quia potest velle malum sub ratione mali, aut nolle bonum sub ratione boni, sic enim libertas per se disponeret ad peccandum. / Sed dicitur libera loquendo de libertate oppositionis, quia ipsa potest non velle quod primâ facie apparet bonum, & non nolle quod primâ facie apparet malum, aut quia illud possit velle & nolle, in quo simul apparent rationes boni & mali. }

2 *Dub.* Ap-

2 *Dub.* Appetitus sensitivus potest adversari rationi, ut dicitur in primo Ethic. cap. ult. tex. 4. Ergo, voluntas magis cùm sit magis libera,

Resp. Non est simile quoad adversandum rationi de appetitu sensitivo & intellectivo, quoniam appetitus intellectivus non potest ferri, nisi in illud quod intellectus judicavit: sed appetitus sensitivus potest in illud quod solo sensu judicatum est, quomodo judicium sensus potest adversari judicio intellectûs, judicat enim sensus solem esse pedalis quantitatis, at intellectus eum invenit esse majorem terrâ centies, sexagesies, sexies.

☞ Voluntas quidem potest id non velle quod per intellectum judicatur esse bonum, aliter enim non esset domina sui actûs, dictum enim est quod voluntas potest differre actum volendi, ut fiat inquisitio de bonitate apparenti; & similiter dicendum, quòd voluntas potest non nolle quod judicatur ab intellectu esse malum. Illud tamen notandum, quòd voluntas non potest velle illud in quo intellectui nulla apparet bonitatis ratio, quia tale non esset præsentatum intellectui aut voluntati sub ratione volibilis; & sic dicendum est, quòd voluntas non potest nolle, licet possit non velle illud in quo nulla apparet intellectui ratio malitiæ, quia tale non esset intellectui præsentatum sub ratione fugibilis. Voluntas tamen potest velle illud quod aliquo modo judicatum est esse malum, & nolle illud quod aliquo modo judicatum est esse bonum; sicut si adulterium apparuerit inhonestum & delectabile, voluntas non obstante turpitudine potest velle adulterium ratione delectationis, vel potest non velle ratione dehonestatis: constat igitur quòd voluntas potest velle contra *partem judicii*, sed non contra *totum*. Non tamen sequitur, quia voluntas agit secundum rationis judicium, quod ideò non peccet interdum, quia illa forsan ratio non est simpliciter recta, nec ad prudentiam conformata; si enim judicat in aliquo aliquam esse rationem bonitatis, & aliquam rationem malitiæ, ut in adulterio delectationem & turpitudinem, voluntas peccando vult adulterium ratione delectationis, turpitudine non obstante, quod est quia ratio discernit, sed ignoranter relinquit comparationem delectationis ad turpitudinem, vel cum falso judicio delectationis prosecutionem præposuit fugæ turpitudinis; si enim judicâsset comparativè turpitudinem adulterii magis esse fugiendam, quàm ejus delectationem prosequendam, non potuit tunc adulterium voluisse.

An voluntas moveat alias potentias animæ?

1 *Dub.* Si moverit alias potentias animæ, hoc esset per actum volendi, quod fieri non potest; quia actus volendi est immanens; per actum verò immanentem nihil extrà imprimitur. Ergo.

Resp. Voluntas per actum volendi potest agere in alias potentias, & in corpus; & mediante corpore in res extrà, non ita ut agat actum volendi extra se, sed alium actum, sicut intelligentia per actum volendi agit motum in corpore cœlesti, licet igitur volitio sit immanens, tamen actio quæ agitur extrà per actum volendi non est immanens.

2 *Dub.* Voluntas movetur ab intellectu, Ergo, non movet intellectum.

Resp. Voluntas movetur ab intellectu, ubi actus intellectûs est prævius actui voluntatis;

voluntatis; at ubi est è contra, fit è contra.

3 *Dub.* Si voluntas moveret aliam potentiam, hoc esset eliciendo actum ejus; sed hoc non potest esse, quia actus non est innatus elici, nisi à potentiâ cujus est actus, vel ab ejus objecto. similiter non videtur quòd potentia sit innata moveri, nisi ab objecto suo.

Resp. Non oportet quamlibet potentiam quemlibet actum ejus elicere, sed anima existens sub actu priori, elicit in se actum consequentem; sed si prior actus pertineat ad unam potentiam, & actus consequens ad aliam, tunc potest dici quod una potentia eliçit actum alterius.

☞ Voluntas volens aliquod objectum cum in executione voliti indiguerit uti organo corporeo, tùm ipsa inclinat se ad utendum eo, & intellectum excitat ad cognitionem, & sic movet appetitum sensitivum; nam anima volens aliquod objectum, movet se ad repræsentandum organo sensûs, vel organo cogitativæ, species, quas in organo memorativæ vel imaginativæ reservavit.

An operatio humana sit bona aut mala ex circumstantiis. l. 3. cap. 1. tex. 4.

In hac quæstione observantur, & quæstionis

Definitione. Est enim circumstantia quædam particularis conditio actûs humani extra essentiam actûs existens, ad ipsum tamen aliquo modo pertingens; circumstantia autem dicitur transumptivè, ad similitudinem loci, quia locus circumstat locato, & est extra essentiam ejus. Cùm itaque circumstantiæ sint tales particulares conditiones accidentales, ideò illa ex quibus per se dependet substantia actûs, aut quodcunque pertinens per se ad substantiam actûs, non dicitur circumstantia; sed ea sola, quæ substantiæ actûs, aut causis illius per se conjuncta sunt.

Explicatio, quæ consistit, partim in *circumstantia*, & *Divisione*, nam circumstantiarum quædam respiciunt

- *Mensuram extrinsecam*, scil. duæ
  - *Ubi*, respiciens locum.
  - *Quando*, respiciens tempus. hæc duo non distinguit Arist. sed utrunque vocat in quo, scil. in quo loco, & in quo tempore.
- *Causas* à quibus sumuntur, quædam per respectum ad causam
  - 1 *Materialem*, scil. circa quod.
  - 2 *Finalem*, scil. cur, vel gratia cujus.
  - 3 *Formalem*, scil. quomodo, sub quo continetur qualitas & quantitas, vel quicunque modus operationis ipsam operationem informans.
  - 4 *Efficientem*, eamque, aut
    - *Principalem*, scil. quis.
    - *Instrumentalem*, sc. quibus auxiliis.
- *Effectum*, *concomitantem*, vel *consequentem* operationes, scil. quid.

Dubitationes.

1 *Dub.* Bonum & malum ſunt in rebus. 6. *Met.* at circumſtantiæ ſunt extra ipſam rem. Ergò.

Reſp. Bonum { *Entitativè* eſt in ipſa re. / *Moriè* eſt in circumſtantiis rei.

2 *Dub.* Ex illis non dicitur bona vel mala operatio, quæ ſunt indifferentia ad bonitatem aut malitiam, ſed circumſtantiæ ſunt hujuſmodi, v. g. inſtrumentum, quo indifferenter benè vel malè agere contingit.

Reſp. Una circumſtantia non ſufficit ad reddendam operationem bonam determinatè vel malam determinatè, ſed requiritur omnium vel plurium circumſtantiarum invicem combinatio. Vel dicendum, quod circumſtantia poteſt eſſe indifferens operationi bonæ vel malæ, in quantum bona operatio requirit omnium debitarum circumſtantiarum obſervantiam: mala autem dicitur ex unius ſolius illarum non obſervantiâ, quamvis omnes aliæ obſervantur.

3 *Dub.* Ariſtoteles ponit circumſtantias eſſe *quis, quid, circa quid, gratiâ cujus*, hæ autem ſunt quatuor cauſæ per ſe requiſitæ ad omnem operationem humanam. Ergò malè definitur circumſtantia.

Reſp. Per ipſas non intendit Ariſtoteles cauſas neceſſarias ſecundum ſubſtantiam ſuam acceptas, ſed ſecundum earum accidentales conditiones, ut (*quis*) non denotat abſolutè perſonam, ſed perſonam in ordine ad alios modos ſeu accidentia; & per [*quid*] non intendit ipſam operationem, ſed effectum eam conſequentem; & per [*circa quid*) non intelligit materiam neceſſariam, ſed vel materiam contingentem, vel diſpoſitiones accidentales materiæ neceſſariæ; nec per [*gratiâ cujus*] intelligit finem neceſſarium, ſed contingentem.

4 *Dub.* Illud dicitur eſſe circumſtantia, quo ignorato ignoratur circumſtantia, ſed ignoratâ quacunque cauſâ ignoratur circumſtantia, ut patet in litera. Ergò.

Reſp. Non ſemper propter ignorantiam cauſæ neceſſariæ dicitur circumſtantia ignorari, niſi fortè ex eo quia ad illius neceſſariæ cauſæ ignorantiam ignoratur accidentalis diſpoſitio ejus.

☞ Notandum, quòd moralis bonitas operationis, conſiſtit in ejus conformitate ad rectam rationem, & malitia in difformitate: hujus autem conformitatis, aut difformitatis fundamentum eſt aliud

Remotum & materiale, quod eſt ipſa operatio ſecundum ſe.

Propinquum & formale, quod eſt ipſæ circumſtantiæ: & ita hæ circumſtantiæ ſe habent materialiter ad bonitatem, vel malitiam, ſive fundamentaliter; ſed operationes ſe habent magis formaliter, ſcil. ſicut fundamentum propinquum, & formale ad fundamentum remotum & materiale; & ita dicimus operationes eſſe bonas ex circumſtantiis, [*ex*] denotat materiam reſpectu bonitatis, & formam operationis.

Notandum,

Notandum, quòd operationum humanarum quædam *bonitatem* aut *malitiam* ex specie naturæ moralem

- Accipiunt, ut odium Dei; istæ enim operationes circa objectum speciem moris accipiunt, quia Dei odium ex specie suæ naturæ speciem moris accipit.
- Non accipiunt: sicut concubitus aut odium in communi, est enim concubitus indifferens quoddam genus, ad concubitum cum jumento, quod ex specie naturæ suæ habet malum moris; & ad concubitum cum fœmina, quæ iterum est ex se indifferens, redditur autem malus aut bonus ex circumstantiis; nam si sit cum uxore propria, bonus, si cum aliena malus judicatur; operationes itaque accipientes speciem moris, ex specie naturæ, dicuntur bonæ vel malæ ex specie naturæ; operationes verò non accipientes speciem moris ex specie naturæ, dicuntur bonæ vel malæ ex circumstantiis.

* Sciendum quòd operatio dicitur bona ex circunstantiis, eo modo est bona ex esse in medio quoad nos, & est mala ex circumstantia, eo modo quo est ex esse extra medium quoad nos.

§ *Dub.* Nulla operatio bona secundam naturam generis, speciei, aut individui, est bona propter circumstantias; sed humana operatio dicitur bona ex proprio actu secundum genus, ex objecto secundum speciem, ex fine secundum individuum, ut dicunt eruditi. Ergò.

Resp. Qui ita describunt operationis humanæ bonitatem loquuntur ignoranter, nam operatio humana ex genere habet quòd sit actus naturalis simpliciter, quòd autem sit moralis, quòd bona aut mala, ex circumstantiis accipit: imò dici potest, quòd tam objectum quàm finis non omnino tribuunt bonitatem vel malitiam actioni ut sunt causæ, sed ut circumstantiæ.

An omnis malus sit ignorans?

In hac quæstione explicantur & quidem Quæstionis

Assignando modũ quo malitia ignorantiã efficit, quia operatio aliquid quidem causat & in

- *Appetitu*, scil. dispositionem quæ per multam iterationem fit habitus malus, quem Philosophus vocat malitiam.
- *Intellectu*, scil. aliam dispositionem, non in quant ũipsa est operatio talis vel talis, sed in quantum est experta ut conveniens & placens appetitui; unde talis dispositio intellectus per multam iterationem fit imprudentialis habitus, qui dicitur ignorantia dispositionis.

Explicatio, quæ consistit in

- 1 *Prudentialis intellectus*, qui est notitia majoris propositionis extremi syllogismi, & ista est sana æstimatio proximi finis propter quem hîc & nunc circa hoc est a-

- *Intentionis*, quæ est appetitus finis.
- *Electionis*, quæ est appetitus eorum quæ sunt ad finem impossibile autem est æstimationẽ finis in singulari esse

Explicando quæ sunt illa quæ malus ignorat. Notandum itaq; quod notitia prudentialis & aliqua cõmunia includit, & aliqua propria; illa forsan cognoscit malus, at hæc ignorat: illa autem propria sunt tria.

gendum, & dicitur intellectus sicut habitus principiorum, nam sicut tales habitus dicunt principia scientiæ; sic talis æstimatio est principium proprium prudentiæ, nam cognitio finis est principium in agibilibus. 6. Eth.

2 *Sensus prudentialis*, qui est notitia minoris propositionis dicti syllogismi, & est sana apprehensio hujus operabilis, ut hîc & nunc, & sic operabile: & ab isto sensu dicitur vir *sensatus*.

3 *Prudentialis sententia*, quæ quidem est conclusio dicti syllogismi, & est ultimum dictamen de prosequendo, vel fugiendo.

Tres autem istæ notitiæ concomitantur duas rectitudines appetitûs, sc. rectitudinem, &

sanam & rectam sine rectitudine appetitûs ipsius finis. Hæc autem rectitudo appetitûs provenit ex virtute. virtus enim intentionem facit rectam 6 Ethic. quare rectitudo talis æstimationis concomitatur rectitudinem virtutis. Impossibile etiam est æstimationem quæ dicitur sensus, & illam quæ dicitur sententia, esse sanam & rectam, sine rectitudine appetitûs, quæ dicitur electio. Electio autem recta fit per virtutem, ut in lib. 6. Ethic. dicitur. quare per consequens rectitudo sensus & sententiæ, concomitatur ipsius virtutis rectitudinem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Si omnis malus sit ignorans, tum nullus peccabit ex industriâ, & nullus ex certâ scientiâ, quod est falsum, ut dicit Isidorus, lib. 2. cap. 3. de summo bono, qui dicit aliud committi ex ignorantiâ, aliud ex industriâ; & dicit quòd Eva peccavit ex ignorantiâ, Adam sciens & prudens.

Resp. Ignorantia propter quam peccatur, non est eadem cum eâ quæ sequitur peccatum; & ideò possibile est quòd aliquis ante peccatum sit sciens & prudens, & quòd peccet ex industria, non ex ignorantiâ, tamen non est possibile quod ignorantia non sequatur peccatum, sicut patet in exemplis Isidori. Eva namque peccavit ex ignorantiâ antecedente, quia fuit seducta: sed Adam non peccavit ex ignorantia, sed peccavit cum ignorantiâ concomitante, & non antecedente peccatum.

☞ Notandum quòd *ignorantia* efficiens *involuntarium*, requirit speciale *objectum*, specialem *ordinem*, *modum*, & *effectus*; debet enim talis ignorantia quantum ad

Objectum { *Ignorantia facti*, aut *Circumstantiarum facti*, } appellari.

Ordinem, ignorantia *antecedens*,

Modum, qui trahitur à causâ, ignorantia *invincibilis*,

Effectum, ignorantia virtualiter tristis,

2 *Dub.*

2 *Dub.* Si ignorantia invincibilis causaret involuntarium, tum operatio naturalis possit dici involuntaria, quia illam ignoramus invincibiliter, quomodo scil. natura cibum digerit, &c. Ergo.

Resp. Operatio naturalis non dicitur involuntaria, quia non est subjectum aptum natum esse voluntarium, nec ipsa fit scienter, aut ignoranter, quia non est ab agente per cognitionem in quantum hujusmodi.

Involuntarium, aliud est quidem per
- *Violentiam*, de quo supra.
- *Ignorantiam*, quod est contra volitionem, non quæ inest præsente ignorantiâ, sed quæ inest præsente scientiâ: operatio autem omnino involuntaria propter *ignorantiam*, est actu volita, quod non habet veritatem de eo quod est involuntarium per *violentiam*, quia omnis operatio vel passio involuntaria per *violentiam* est actu nolita, & actu non sine fugâ quando fit.

3 *Dub.* Si ignorantia causet involuntarium, tum aut antecedens, aut concomitans, aut consequens: non antecedens, quia illa non habet tristitiam annexam, quod tamen requiritur ad involuntarium. Ergò.

Resp. Licet talis ignorantia non habeat tristitiam annexam actualiter, habet tamen virtualiter, quia causat operationem virtualiter nolitam.

An voluntarium benè definiatur?

In hac quæstione observantur & ipsius quæstionis

Explicatio, quæ consistit & partim in definitionem voluntarii
- *Proponendo*, est enim voluntarium illud cujus principium est in ipso operante & sciente singulas circumstantias in quibus est operatio ipsa.
- *Examinando*, & excludendo cætera à definito, nam excluditur
  - *Violentum* operans; quia voluntarium operatur per virtutem principii intrinseci, in hoc autem convenit cum naturali.
  - *Naturale*, quia voluntarium agit propter finem sibi cognitum: agens autem naturale agit propter finem non à seipso, sed à causa superiori cognitum.
  - *Involuntarium* agens per ignorantiam, quia voluntarium agit per cognitionem circumstantiarum omnium in quibus est operatio: & in istis tribus differentiis consistit propria ratio voluntarii, ultimæ autem duæ differentiæ includuntur in hoc quod est scire singularia in quibus est operatio.

Dubitatio.

Dub. Non est definitio cum definito convertibilis, nam bestiæ & pueri agunt (secundum Aristotelem) involuntaria, non tamen communicant definitionem, tum quia non est in iis principium operandi, ut in libro 6. Ethicorum, cap. 2, tex. 1. patet: tum quia bestiæ & pueri non habent singulorum scientiam. Ergò.

 Resp. Notan-

Dominativum super exercitium, & super differentiam operationis.

Non dominativum, quoniam differentia apparet in hominibus & bestiis: homines enim quantumcunque inclinentur per passiones ad hoc vel illud, possunt tamen non sequi inclinationem passionis unius fortioris cæteris, at bestiæ necessariò sequuntur passionem fortioris inclinationis: homo autem potest sequi debiliorem, vel nullam, sed & contra omnes secundum electionem operari: licet ergò operantur voluntariò belluæ, non tamen cum dominio operationum, sicut homines, licet agant à principio intrinseco, & per cognitionem intrinsecam. Est tamen advertendum, quòd major scientia requiritur ad benè operandum secundum morem quàm ad benè operandum secundum naturam, ideoque quia pueri & bestiæ non operantur secundum morem, itaque non requiritur in iis tanta circumstantiarum scientia, ad operandum voluntariò, quanta requiritur in homine.

Resp. Notandum, quòd intrinsecum principium operationis est duplex &

An agens naturale, voluntarium, liberum, & dominativum differant in modo agendi?

Dubitationes.

1 *Dub.* Quorum opposita sunt eadem, & ipsa sunt eadem, ut patet. 2. *Topic.* sed modus oppositus istis quatuor modis agendi est unus & idem, violentum enim istis omnibus opponitur. Ergò.

Resp. Illud ratione cujus violentum opponitur istis quatuor est in iis commune, & in hoc omnia ista quatuor sunt unum, sicut violentum ipsis oppositum est unum, licèt non violentum in quo conveniunt pluribus modis dividatur, quàm violentum.

2 *Dub.* De quocunque dicitur definitio etiam & definitum, sed definitio voluntarii dicitur de cæteris tribus, nam quodlibet istorum est non involuntarium, per violentiam aut per ignorantiam, & in quolibet istorum est principium intrinsecum. Ergò.

Resp. Derelinquitur ultima pars definitionis scil. scire singularia. At verò agens naturale non cognoscit finem propter quem agit, sicut agens voluntarium, & si ratione agit, hoc est, quia dirigitur à causa superiori finem ejus cognoscente, & ideò dicit *Aver.* 12. *Metaph.* quod opus naturæ est opus intelligentiæ non errantis.

De Electione. Cap. 2.

In hoc capite obſervantur

Explicatio, quæ conſiſtit partim in

Diſtinguendo electionem, capitur enim

Communiter, pro quacunque appetitione ſeu deſiderio alicujus appetentis.

Particulariter, pro tali actu in cognoſcentibus: quæ electio eſt aut

Divina, per quam ante mundi fundamentum in dei filios adoptamur.

Humana, quæ eſt duplex,

Imperfecta ſeu inchoata ex inſtinctu naturæ, & ſic electio in belluis & pueris eſſe dicitur.

Perfecta, cujus conſiderantur, & quidem

Definitio, eſt enim Electio *actio mentis libera, quâ melius in bonis aſſumitur, & pejus in malis evitatur.* Vel, electio eſt approbatio medii per deliberationem antegreſſam, quod videtur melius ad finem aſſequendum.

Ea quæ ad ipſam requiruntur ſci. &

1 *Intellectus*, ut principium.

2 *Voluntas*, ut ſubjectum.

3 *Recta ratio*, ut medium.

4 *Finis actionis*, ut ſolidum animi non fortunæ bonum.

1 *Bonum apparens*, cum electio ſit eorum quæ maximè ſcimus eſſe bona: ut habetur in litera; præſertim autem cum appetitus voluntarius ſemper tendat in bonum ab appetente cognitum, ipſa verò electio eſt voluntaria.

2 *Operabile*, quia electio non eſt impoſſibilium, ut habetur in litera, eſt ergò electio objecti poſſibilis.

3 *In noſtra poteſtate*, ut patet in litera: cum enim electio

electio fit appetitus motivus, ideò habet objectum per nos operabile.

Objectum, cujus sex dari debēt conditiones: debet enim esse

4 *Ordinatum ad finem*; quia electio non est de fine, sed eorum quæ sunt ad finem.

☞ Notandum, quod appetitus finis, & ejus quod est ad finem multipliciter differunt, &

1 *Virtute*, quia finis appetitus est propter se, & quod est ad finem propter alterum.

2 *Ordine*, quia appetitus finis est ptior altero.

3 *Comparatione*, quia finis appetitur sine compari appetibili, at id quod est ad finem habet compar appetibile.

5 *Præviſum*, quia electio non est de repentinis, quæ non sunt præviſa, ut habetur in litera, differunt autem appetitus præviſi & repentini boni, quia primus magis rationem quàm passionem, secundus magis passionem quàm rationem sequi natus est.

6 *Conjunctum* cum prosecutione aut fugâ, si enim electio esset rei nec cum prosecutione nec cum fugâ accepta, tum esset appetitus non utilis, sed vanus.

2 Explicando tum quidem electionis

Subjectum, quod est voluntas, ut ostenditur ex sex conditionibus ejus, quæ sunt quidem

1 *Ut sit in natura intellectuali*; ut patet ex 6. *lib. cap.* 2. est enim ut ibi dicitur, aut intellectus appetitivus, aut appetitus intellectivus.

2 *Ut non sit in natura irrationali*; in illa enim non communicant nobiscum irrationalia, ut dicitur in litera.

3 *Ut omnis electio sit cum intellectu & ratione*; & specialiter cum ratione consilii, ut patet in hoc capite.

4 *Ut Electio reddat subjectum suum bonum vel malum*; quia secundum eam sumus quales quidem boni vel mali, ut dicitur in litera, ex istis autem solùm duabus conditionibus ostenditur electionem in voluntate non esse.

5 *Ut vincatur in incontinente.*

6 *Ut vincat in continente.*

} Hæc duo habentur hîc, & in 7. lib.

Ex his autem omnibus colligi potest, quòd non sit in appetitu cōcupiscibili aut irascibili sensitivo; quia nullus

nullus actus, nullus motus sensitivi appetitûs est universaliter in natura intellectuali ; nulli etiam repugnat esse in natura irrationali ; nullus universaliter est cum ratione : nullus reddit subjectum suum simpliciter bonum vel malum : nullus vincitur in homine incontinente, sed potius vincit : nec vincit in continente, sed vincitur. Ostenditur autem, quòd non sit in intellectu : *primò*, quia electio est desiderium sequens apprehensionem, nullum verò tale est in intellectu : *secundò*, si esset actus intellectûs, tum aut *simplex* (quod facilè apparet falsum,) aut *complexus*, & tum aut *discursus*, aut *enunciatio*, quod etiam est falsum ; præsertim cùm talis actus intellectus dividatur vero aut falso, & non bono aut malo, nisi per accidens : at electio bono aut malo dividitur.

Circa *rem sinù simpliciter* & præcisè, & sic dicitur voluntas, & ideò iste actus sortitus est nomen potentiæ in qua est, quia sicut tota potentia est ad bonum simpliciter sumtum, sic iste actus respicit bonum absque omni determinatione acceptum, sive sit possibile vel impossibile, vel honestum vel delectabile, vel sub quacunque differentiâ boni acceptum : ita tamen quòd semper respicit bonum sine ulla determinatione, ideoque non est magis circa finem quàm circa cætera ; nisi quia est in fine quàm in cæteris major bonitas.

Circa *finem*, & hoc dupliciter, vel quia est

Circa *finem non habitum*, & sic est intentio.

Circa *finem habitum* ; & sic est fruitio. Intentio enim est velle adipisci finem ex iis & per ea quæ sunt ad finem : fruitio verò est adhærere fini ut bono ultimo, & tanquam illi quod est propter se amabile, & propter quod cætera sunt amabilia, & sic patet, quòd tam intentio quàm fruitio respiciunt non solùm *rem*, sed etiam & *rationem* ipsius finis.

Circa *rem* & circa *rationem finis*, & hoc dupliciter, quia vel est

3 In Ostendendo differentiam electionis ad alios actus volûtatis. Notandum itaq; quòd omnis actus voluntatis est vel

Altera ad rationem intellectûs, & ad passionem sensitivi appetitûs : voluntas enim tanquam domina habet duas contrarias suggestiones, unam à ratione suggerente

Circa *ea quæ sunt ad finem*: hoc verò dupliciter, vel quia est actus

Determinationis, & hoc dupliciter secundùm duplicem indeterminationem voluntatis, quâ habet respectu eorùm quæ sunt ad finem, quarum est

suggerente sibi quod est bonum & honestum; alteram à sensualitate suggerente sibi quod est delectabile & voluptuosum. Ipsa verò in medio constituta potest se liberè ad hoc vel illud determinare, & hæc determinatio *consensus* dicitur.

Altera ad aliqua duo per rationem deliberantem proposita, ad quæ indifferenter voluntas potest se determinare, hoc vel illud approbando; hæc vero determinatio *electio* dicitur; quæ adhuc dupliciter accipi potest: uno modo, ut dicit determinationem ut actum, & sic propriè electio dicatur; altero modo ut dicit determinationem conversam in habitum, & sic dicitur propositum.

Ad quem fit determinatio: & hoc dupliciter, quia actus ille potest sumi, vel ut actus potentiæ

Determinantis, & sic *imperium* dicitur.

Determinata, & sic *usus*, & executio appellatur: voluntas enim potest determinare & seipsam & alias potentias; in quantum determinat dicitur imperans, sed in quantum determinata dicitur utens: actus autem aliarum potentiarum ut separati sunt à voluntate possunt dici usus voluntatis, & tunc *usus* & *imperium* non sunt idem actus, nec etiam *usus* & *electio*, imò uno tempore potest fieri *electio*, & in alio posteriori tempore potest fieri *imperium*, ad quod movebuntur potentiæ imperatæ.

☞ Notandum, quòd quatuor sunt differentiæ electionis quibus conjunctis electio à cæteris

1 *Electio est contraria concupiscentiæ*, quæ contrarietas non est *formalis*, cum non sint in eodem genere, sed *causalis*, quia motus appetitus sensitivi sequens concupiscentiam est formaliter contrarius motui appetitûs intellectivi sequenti electionem.

2 *Electio est absque tristitiâ & delectatione.*

3 *Electio est sequens consilium.*

ris

ris omnibus voluntatis actibus discernatur

4 *Electio est laudabilis quando conformatur debito eligendi*, hæ autem non sunt differentiæ quibus electio universaliter differt ab omnibus actibus, (sed illa supra dicta) ut patet discurrendo & conferendo singulos actus voluntatis.

Conclusiones

1 *Electio non est voluntas* & quia
- 1 Voluntas est finis, electio solùm mediorum ad finem.
- 2 Voluntas est sæpè eorum quæ fieri non possunt; electio est solùm eorum quæ sunt in nostra potestate.
- 3 Voluntas est potentia, electio est actus ipsius voluntatis.

2 *Electio non est ira aut cupiditas*, &
- 1 Quia istis affectibus sæpè belluæ exæstuant, quæ electione & consilio non gubernantur.
- 2 Quia cupiditas electioni, ira & temeritas consilio, infesta sunt & maximè perniciosa ac inimica.

3 *Electio non est opinio.*
- 1 Quia opinio est entis & non entis, at electio est eorum solùm quæ sunt.
- 2 Quia opinio est vera aut falsa, at electio bona vel malà.
- 3 Quia opinio est cum quadam formidine, at electio est cum quadam certitudine & cognitione.

4 *Electio non est finis, sed ordinatorum ad finem*; quia secundum Arist. in hoc capite non est nisi præconsiliati, at secundum Arist. in sequenti cap. non est finis, sed eorum quæ sunt ad finem.

* Notandum quod electio distinguitur, quia cadit sub consilio & deliberatione
- Non *simpliciter*, & absolutè, quia etiam operatio sequens electionem sub consilio cadit.
- Sed *comparatè*, quia ipsa solùm primo & per se cadit sub ipso.

* Notandum quòd electio pertinet ad aliquid, ut ad
- 1 *Subjectum*, & ad appetitum, sic pertinet; & quidem ad
  - Intellectivum per se, cùm consilium sit actus rationis.
  - Sensitivum ex consequenti, in quantum rationis nutui subjicitur.
- 2 *Objectum*, de quo supra dictum est.
- 3 *Causam*, aut quidem
  - *Principalem*, quæ est intellectus.
  - *Minùs principalem*, aut
    - *Agentem*, ut rectam rationem, seu prudentiam.
    - *Determinantem*, & disponentem, ut virtutem moralem.

1 *Effectus ad ſuum principium proprium*; ad quod notandum, quod electio poteſt dupliciter accipi, aut quidem

Generaliter in tota ſua communitate; & hoc modo non eſt proprius virtutis effectus, quia morale vitium eſt etiam electivum.

Formaliter in quantum eſt appetitus bonæ operationis propter bonitatem operationis firmus & immobilis, & hoc modo eſt proprius & primus effectus virtutis; quia quantum ad hoc electio & intentio ſunt idem effectus, licet differant in modo tendendi in objecta ſua, quia intentio eſt appetitus explicitus finis, & implicitus eorum quæ ſunt ad finem; electio autem finis, implicitus, ordinatorum verò in finem, explicitus; ſicut æger intendit & appetit ex dietâ ſanitatem, & in hoc appetitus dietæ implicatur, eligit autem dietam propter ſanitatem, in quo implicatur appetitus ſanitatis, & ideò virtus eſt principium bonæ electionis, & bonæ intentionis ſimul, & ſemper quantum eſt ex parte virtutis principium proprium, quia voluntas non eſt proprium principium talis electionis, cùm ipſa ſit etiam illimitata ad alias perverſas electiones.

☞ Notandum quod *habitudo electionis ad virtutem* eſt quidem habitudo

2 *Naturalis ſigni ad ſignatum*; eſt enim omnis effectus ſignum ſui principii; duplex autem eſt effectus, alius

Proprius tali principio qui eſſe non poteſt ab alio, & iſte eſt ſui principii ſignum certum & univocum.

Non proprius, qui eſſe poteſt ab alio principio, & iſte eſt ſignum æquivocum, nunc autem ſic eſt quòd electio virtutis non poteſt eſſe ab alio principio tanquam ab habitu, operatio autem virtutis poteſt eſſe ab alio habitu, & quemadmodum ſignum univocum certius eſt æquivoco, ita certius eſt cognoſcere mores hominum per electiones, quàm per operationes, quod eſt verum de unoquoque homine reſpectu ſui ipſius.

3 *Regulati & menſurati ad regulam & menſuram*; cùm enim regulatur electio per virtutem, regulatur & intentio implicita in electione, & è converſo; cæteri autem actus voluntatis ſequentes regulantur mediatè, quia non regulantur per virtutem, niſi in quantum ſequantur rectitudinem intentionis & electionis.

Dubitationes

1 *Dub.* Deliberatio ordine naturæ præcedit electionem, primo enim deliberatur & tum eligitur, ergo tractatus deliberationis tractatum electionis præcederet.

Reſp. Ordine

Resp. Ordine { *Natura* præcederet. / *Disciplina* sequeretur, idque methodo { *Resolutivâ*, quâ à posterioribus ad priora pergimus. / *Non compositivâ*, quâ à prioribus ad posteriora devehimur, istâ methodo fit quòd finis sæpe tractatur, ut in 1. Ethic. patet. nam ex fine & effectu omnis nostra scientia nascitur, cùm ergo electio sit finis deliberationis, primum in intentione doctrinæ proponitur, quamvis actione naturæ sequitur.

2 *Dub.* Id eligimus quod scimus esse optimum, ut hic patet, sed scimus finem esse optimum, ergò eligimus finem.

Resp. Vera est major de medio, non de fine, nisi finem medium intelligas, quem finem electio, ut medium ad ulteriorem assequendum intuetur.

3 *Dub. Alii fines propter aliud, alii propter se expetuntur. 1 Ethic. cap. 7. tex. 1.* quod fieri non potest, si finis sub electione non cadat, nam sine electione meliorem finem non distinguimus. ergò.

Resp. Electio capitur aut { *Communiter*, pro quolibet actu voluntatis, & sic illic intelligitur. / *Strictè*, pro actu voluntatis tendentis per certiora media ad finem, et sic propriè hoc loco capitur.

4 *Dub.* Concupiscentia hoc loco negatur esse voluntaria, ergò incensus concupiscentiâ non peccat, nam omne peccatum est voluntarium.

Resp. Concupiscentia incensus peccat { Non ex parte *affectûs*, qui est naturalis. / Sed respectu aut { *Immoderationis*, } Qui est voluntarius. / *Consensus* ipsius, }

5 *Dub.* Incontinentes & impotentes cupiditate non voluptate, libidine non electione in textu 4. agere dicuntur, ergò omnes actiones virtutum & vitiorum non sunt voluntariæ & electivæ.

Resp. Voluntas & electio sumi possunt, aut { *Strictè*, & sic utriusque objectum est bonum, & sic neque electione, nec voluntate reguntur incontinentes. / *Latè*, & communiter & sic & bonum & malum utrique objiciuntur, & sic tam secundum electionem quàm voluntatem intemperantes agere dicuntur.

6 *Dub.* Nulla virtus electiva regulat actum qui non est electio aut dependens ab electione: sed moralis virtus est habitus electivus, & regulat intentionem quæ est circa finem, & non sequitur, nec dependet ab electione, ergò ipsa erit electio, & per consequens objectum electionis est finis.

Resp. Non omnis actus regulatus per virtutem electivam est electio vel sequens eam, quia est aliquis actus prior electione necessariò requisitus ad electionem, & iste est *intentio* vel appetitus finis, cujus regulatio pertinet ad virtutem electivam.

7 *Dub.* Electio est vel intellectus appetitivus, vel appetitus intellectivus, *6. Eth. cap. 2. tex. 5.* omne autem intellectivum, vel est habens intellectum, vel in intel-

lectu erat electio est non habens intellectum, quia esset homo. Ergò in intellectu & non in voluntate, ut in subjecto.

Resp. Electio est appetitus intellectivus (i.) in appetitu intellectivo, ut in subjecto, vel intellectus appetitivus (i.) in eo ut in principio.

8. *Dub.* Illa differentia electionis, quod sit absque tristitia & delectatione, nulla est, etenim omnis operatio virtutis est secundum naturam delectabilis, *l.* 1. *Ethic. cap.* 8. *text.* 8. sed electio est operatio virtutis, cum sit maxime propria virtuti, ut est in principio hujus cap. Ergò ipsa est delectabilis.

Resp. Electio secundum se non est delectabilis nec tristis, actus tamen sequens electionem est delectabilis, quando est actus alicujus habitus: & de tali actu loquitur Philosophus, non enim loquitur de electione, sed de operatione electionem sequente.

9 *Dub.* Electio non differt à cæteris actibus per hoc quod est contraria concupiscentiæ, cùm revera non sit ei contraria; nam electio & concupiscentia non sunt circa idem subjectum, cùm electio sit in appetitu intellectivo, concupiscentia in sensitivo.

Resp. Electio & concupiscentia sunt contraria, { Non *formaliter* & secundum se. Sed *causaliter* & secundum effectus, quia electionis & concupiscentiæ effectus sunt inter se formaliter contrarii.

10. *Dub.* Non differt per hoc à cæteris quòd cadit sub consilio, quia tam cæteri actus quàm electio requirunt actum intellectûs. Ergò.

Resp. Differt à cæteris, non absolutè, quia cadit sub consilio, sed comparatè, quia primò sub ipso cadit.

11 *Dub.* Nec per hoc differt, quia est laudabilis, quia omne laudabile est habitus aut virtus, 1. *Ethic.* sed electio est actio, non habitus. Ergò.

Resp. Virtus per se, electio virtuosa gratia virtutis, laudabilis est.

12 *Dub.* Electio nec semper nec soli virtuti, nec ex sola virtute inest, dormiens enim habet virtutem qui non eligit; & vigilans eligit qui non habet virtutem, Ergò.

Resp. Loquimur de electione, quæ est operationis bonæ, quæ convenit solùm virtutem habentibus, qui dicitur maximè proprium respectu virtutis, non per respectum ad tempus; non enim semper competit, nisi aptitudine solùm, sed respectu principii, quia nullus est effectus qui adeò propriè & univocè fluat à virtute ac electio.

13 *Dub.* Magis judicamus hominum mores, perea quæ sunt magis nota: at operationes sunt notiores quam electiones, cum illæ exteriùs fusæ, hæ in mente infixæ deliteſcant: Ergò (quod hîc negat Aristot.) magis per operationes quàm electiones judicamus mores.

Resp. Aliorum mores forsan magis judicamus per operationes, non nostras, quia nos & nostras electiones & operationes cognoscimus, aliorum operationes solum: vel intelligenda est ista propositio ex suppositione, si utrasque cognoscamus.

14 *Dub.* Propter quod unumquodque tale, & illud magis. 1. *Poster. cap.* 3. *text.* 16. sed eligimus alia propter finem, ergò finem magis eligimus.

Resp. Illa regula non tenet, nisi quando ea ambo quæ comparantur convenient

ant in conditione in qua comparantur: sed electio non omnino fini convenit.

15 *Dub.* Illius est electio, circa quod virtus actus regulat, sed circa finem virtus actum regulat, quia regulat intentionem. 6. *Ethic.* Ergò.

Resp. Illius est electio circa quod virtus actus regulat, ut { Circa objectum. / Non ut circa finem. Vel negetur major.

16 *Dub.* Non est verum quod dicit Aristot. quòd voluntas est impossibilium, quia voluntas non est ejus quod nihil participat de objecto voluntatis: sed impossibile nihil participat de ratione boni quod est objectum voluntatis, quia impossibile nihil est, nec esse potest, bonum autem est ens quia æqualiter dicitur enti. 1. Ethic. Ergo.

Resp. Voluntas potest ferri in *impossibile*, si sit *opinione bonum*.

17 *Dub.* Bruta, quæ appetitum non habent nisi sensibilem, eligunt, ut canis carnem præ pane acceptat, et equus unam herbam præ aliâ. Ergo electio non est solùm in voluntate subjectivè.

Resp. Non omnis acceptatio unius præ altero est electio, sed solùm si fiat secundum præviam deliberationem; & iterum non eligit propriè, quia non est acceptandi dominus hoc vel illud; brutum enim ab objecto vel ab instinctu naturali determinatur; at eligens voluntate solùm, & nullo alio voluntatem cogente determinari potest.

18 *Dub.* Virtus ponitur in appetitu sensitivo, virtus autem est habitus electivus, electivum autem esse quid non potest sine electione. Ergo electio in appetitu sensitivo inhæret.

Resp. Sicut virtus per se solùm in voluntate consistit, in appetitu autem sensitivo solùm secundum effectum, in quantum ipsum sub rationis jugum reducit; ita etiam electio in voluntate primò cernitur, in appetitu autem sensitivo consecutivè solùm, in quantum ipse rationis imperio subjicitur.

19 *Dub.* Assurrectio ad bonum arduum est actus irascibilis appetitûs, sed electio est hujusmodi. Ergo.

Resp. Assurrectio ad bonum arduum non est electio, quia illa assurrectio vel dicit passionem, & tunc est in appetitu irascibili, vel executionem electam; & neutro modo est electio, quia primo modo est quoddam disparatum ab electione, secundo modo est quoddam imperatum per electionem.

20 *Dub.* Distinguit Arist. 2. Ethic. eligibile in bonum & conferens & delectabile, modò non videtur bonum distingui à conferente, nisi sumatur bonum pro eo quod est sui gratiâ, conferens enim est quod est gratiâ alterius, sed quod est sui gratiâ est finis, ergo finis cadit sub electione.

Resp. Sumit Arist. electionem { *Largè* & impropriè pro quacunque appetitione, & sic illud bonum etiam ultimum & finis sub electione cadit. / *Strictè*, pro determinatione voluntatis ad appetitum bonæ operationis, sub quâ finis cadere non potest.

An Deliberatio rectè statuatur. Cap. 3.

In hac quæstione observantur, & quidem

Explicatio, quæ consistit in tractando deliberationem, & Absolutè: quod sit tum quidem

1 *Definiendo*, est autem *Deliberatio diligens quadam, & prudens meditatio de rebus futuris, dubiis, & contingentibus, in nostra potestate positis, qua meliora media eligantur, ad optatum finem assequendum.* Vel *Deliberatio est intenta animi meditatio de rebus futuris in nostra potestate positis, qua medium optimum voluntati & electioni objicit.*

2 *Distinguendo* ipsam ab electione, &

1 *Penes subjectum*; quia electio est actus voluntatis, deliberatio verò mentis.

2 *Penes modum*; quia electio est certa, consultatio verò dubia.

3 *Penes antecedentia & consequentia*; quia electio consilium sequitur, cõsultatio electioni præmittitur.

Deliberationi verò istæ virtutes ancillantur, nempe &

1 *Prudentia*, ut omnẽ stultitiam,

2 *Solertia*, ut omnem obtusitatem,

3 *Providentia*, ut omnem temeritatem & affectum, in deliberando, fugiamus.

3 *Comparando* ipsam ad ejus et quidem

Subjectum, quod est { *Intellectum*, ut discutit / *Voluntas*, ut perficit } actionem.

Definitio: de qua considerantur, & ejus

Propositio, est enim illud quod sub deliberatione aut consilio cadit, est enim contingens, humanum, operabile per nos, dubium, magnum, & quæsitum propter finem.

1 *Contingens*, quia nullus de necessariis, aut impossibili quærit

Objectum, cujus observantur, & quidem

Ratio: partim dicitur enim

quærit consilium, quia propter nostrum consilium nec aliter esset, nec non esset, est autem intelligendum contingens secundum opinionem quærentes consilium.

2 *Humanum*, (1) non quodcunque contingens, sed per hominem operabile, quoniam de contingentibus purè naturalibus non quærimus consilium, ut pluere, ningere, quia propter nostrum consilium non eveniret aliter: & dico *purè naturalibus*, quia aliqua sunt in quibus nos operamur cum naturâ, & de talibus benè deliberamus secundum quod nata sunt aliter evenire propter operationem nostram.

3 *Operabile per nos*, (1) per illos qui consilium quærunt.

4 *Dubium*, quia consilium omne quæstio est, sicut dicit Aristot. & certum est quod qui perfectè sciret quid deberet agere, & de omnibus actionis circumstantiis, non peteret consilium quo uteretur.

5 *Magnum*, (1) notabilis alicujus bonitatis, aut malitiæ, nemo enim consilium peteret, quid cum festucâ aut muscâ agendum est.

6 *Quæsitum propter finem*, quia nullus consilium quærit de fine, sed semper statuens sibi finem, quærit consilium quomodo melius statutum finem poterit adipisci.

Conditiones; quæ sunt mul-

1 *Bonum*, unde malum,

2 *Humanum*, unde divinum & æternum,

3 *Contingens*, unde necessarium,

4 *Voluntarium*, unde naturale & violentum,

- tæ; debet enim esse & {
  - 5 *Dubium*, unde certum & cognitum,
  - 6 *Magnum*, sive *utile*, unde stultum & triviale,
  - 7 *In humana potestate positum*, unde quicquid fieri non potest, ut fatum,
  - 8 *Futurum*, unde præsens & præteritum,
  - 9 *Relatum ad nos & ad finem*, hinc alienum atque fortuitum, deliberatione excluditur.
- *Relativè*, refertur enim aut ad suum {
  - 1 *Objectum*, de quo jam dictum est.
  - 2 *Subjectum*, quod est intellectus.
  - 3 *Formam*, quæ est quæstio resolutoria.
  - 4 *Finem*, qui est {
    - *Proximus*, electio.
    - *Remotus*, utilitas.

☞ Notandum quod objecta consilii & electionis tripliciter {

Conveniunt, & quidem respectu {
- 1 *Objecti voluntatis*, quia utrunque habet rationem boni, eò quòd est propter finem, seu bonum.
- 2 *Actionis*, quia utrunque est contingens operabile per nos, ut ex ipsorum descriptionibus patet.
- 3 *Finis*, quia utrunque est ordinatum in finem, & non ipse finis, saltem ultimus; quod etiam in eorum definitionibus exponitur.

Differunt, & quidem respectu {
- 1 *Subjecti*, quia electio est actus formaliter ipsius voluntatis, virtualiter autem solùm intellectûs; at consilium est actus ipsius intellectûs formaliter.
- 2 *Modi*, quia consilium est dubium, eligibile autem non, sed in consilio inventum & judicatum.
- 3 *Natura*, quia objectum consilii formaliter est enuntiatio quædam dicens aliquod operandum aut non operandum esse: eligibile est ipsa operatio sic modificata, quomodo consilium enunciavit esse operandum.

* *Objectum* { *Consilii* / *Electionis* } formaliter acceptum { *Intellectûs* / *Voluntatis* } objectum est.

Dubitationes

1 *Dub.* Meditatio est immanens actio intellectûs; sed deliberatio est transiens in rem objectam, de quâ consulitur. Ergo malè definitur per meditationem.

Resp. Medi-

Resp. Meditatio sumitur aut quidem pro
- Reflexu animi in seipsum, & sic est divina quædam contemplatio.
- Discursu intellectûs de rebus, & sic politica & transiens animæ operatio dicitur.

* Deliberatio dupliciter sumi potest, aut
- *Communiter*, pro quacunque dispositione rerum futurarum, & sic Astrologi dicuntur in suis divinationibus & præsagiis consultare.
- *Propriè*, pro sagaci meditatione de rebus futuris, in nostra potestate sitis, & sic hoc loco sumitur, & supra definitur.

* Distinguitur electio omnis à deliberatione, quia
- Electio est
  - *Inchoativè* in mente.
  - *Perfectivè* in voluntate.
- Consilium est
  - *Inchoativè* in voluntate.
  - *Perfectivè* in mente.

2 *Dub.* Jurisprudentes de legibus condendis consultant, quæ non sunt in eorum potestate, sed solius principis. Ergo aliqua cadunt in deliberationem quæ non sunt in nostra potestate posita.

Resp. Etsi leges ipsæ non sunt in eorum potestate, leges tamen condere, & de iis consultare in eorum potestate situm est.

3 *Dub.* Mali & pernicioſi aliquando deliberant quibus mediis votis potiantur, ut Catilina olim conspirans in rempub. suam fecit. Ergo deliberationis objectum non est solum bonum.

Resp. Inquisitio
- Bonorum solùm *deliberatio* dicitur, cujus objectum est bonum.
- Malorum *conspiratio* nominatur, qui malum machinantur.

4 *Dub.* Domus est finis ædificationis, & tamen de domo consultamus, an sit futura salutaris, vel pestifera; pulchra, vel deformis. Ergo non solùm de mediis est consilium.

Resp. De domo non consultatur, ut est finis, sed ut ad ulteriorem finem, puta sanitatem aut conservationem hominum refertur.

5 *Dub.* Omne cadens sub electione, cadit sub consultatione, sed *omne bonum est eligibile & finis*, 1. Ethic. cap. 7. tex. 1. Ergo finis cadit sub consilio.

Resp. Eligibile capitur dupliciter:
- *Generaliter*, pro omni appetibili. 1. Eth.
- *Propriè*, pro voluntario per deliberationem, in hoc lib.

6 *Dub.* De quocunque sunt virtutes morales, de illis iisdem est consilium, nam omnes virtutes morales sunt electivæ, 2. Ethic. cap. 6. & per consequens omnes requirunt consilium. at virtus moralis est etiam de divinis, scil. religione, et de humanis, scil. temperantiâ, *&c.* et per consequens de omnibus, cum omnia sunt divina, aut humana.

Resp. Quamvis forsan quæstio sit de Deo et divinis, non tamen de iis consilium, sed cultus ejus, aut modus ut cadit in quæstione, scil. quomodo Deus est

colendus, sub consilio cadit; et sic de iis omnibus potest esse consilium, circa quæ sunt morales virtutes.

7 *Dub.* Consilium est de omnibus quæ sunt ad finem, sed omnia sunt ad finem hominis, quia sumus finis omnium. 2. Physic. Ergo.

Resp. Omne quod est ad finem sub consilio cadit, sicut est de hoc, quod est cibum in ore ponere.

8 *Dub.* Consilium & electio non sunt actus ejusdem potentiæ, at electio est actus intellectûs, nam secundum Eustratium in fine cap. de Electione, quod intellectus est genus ejus. Ergò consilium est actus voluntatis.

Resp. Dicitur intellectus genus ejus { Non *dialecticè*, quia est ejus essentiale prædicatum. Sed *civiliter*, quia est efficiens principium.

9 *Dub.* Aliqui quæsierunt consilium ad ascendendum ad cœlum, & de constructione turrium & scalarum altissimarum tangentium cœlum, quæ tamen sunt impossibilia. Ergò impossibilia subjiciuntur consilio.

Resp. Quod cadit sub consultatione est contingens & possibile, aut secundum { *Rem.* *Opinionem*, & sic hoc aliquibus possibile visum est.

10 *Dub.* Non esset malum regi, si vellet aliquam regionem invadere, quærere consilium ab Astrologis, si pluviæ multæ evenirent vel non, quia melius posset eos invadere tempore sicco, quàm pluvioso. Ergò de naturalibus & iis quæ non sunt in nostra potestate potest esse consilium.

Resp. Quæcunque operationes naturæ in nostras operationes reduci possunt, inconvenienter nostro consilio subjiciuntur, aliter non, non enim de ipsis pluviis quærimus, sed quid iis existentibus aut non existentibus, operandum aut non operandum sit.

11 *Dub.* Nec solum est consilium de operabili per nos, quia sæpè quærimus consilium quid amicus, aut filius, aut servus operetur. Ergò.

Resp. Respondet Aristot. quòd ea quæ per amicos fiunt, per nos aliquo modo fiunt, principium enim est in nobis; & ita est de his quæ fiunt per filios aut subditos.

12 *Dub.* Consilium potest esse de fœlicitate quomodo possumus eam adipisci, Ergò consilium est de ultimo fine.

Resp. De fine quidem est consilium tanquam { Et de { *Perfectione consultationis*, scil. gratiâ cujus consilium quæritur. *Principio deliberativa inquisitionis.* Non tanquam de *objecto*, (i.) tanquam de eo quod quæritur per consilium: quia quod quæritur est quærenti dubium; at finis ultimus non est dubius, sed semper præsuppositus; oportet enim in omnibus operationibus voluntariis & deliberatis finem esse in intentione primum.

13 *Dub.* Non videtur quòd illud quod per consilium inquiritur, est nobis operabile, sed impossibile interdum, inde dicit Aristot. unde si impossibile inveniant discedunt; si autem possibile videatur, incipiunt operari: igitur quod per consilium inquiritur & invenitur interdum est possibile, interdum impossibile.

Resp. Consi-

Resp. Consilium duplex
- *Utile*, quod hic intelligitur, de quo dicitur quod est operabilis per nos.
- *Vanum*, quod potest esse impossibilis, quod licet non sit simpliciter vanum, quia non avertit à desiderio ejus quod acquirere non possumus, est tamen vanum respectu obtinendi illius finis.

An Eligibile & quod cadit sub consultatione sint idem?

Dubitationes.

1 *Dub.* Electio & consultatio non sunt eadem, quia electio est actus voluntatis, consilium intellectûs, ergò nec eligibile & consultabile idem sunt: argumentum tenet à conjugatis.

Resp. Negatur argumentum; quia electio & consultatio pertinent ad formam eligibilis & consultabilis, at eligibile & consultabile sunt idem non secundum formam, sed secundum materiam.

2 *Dub.* Potentiæ distinguuntur per actus, & actus per objecta, 2. *de Anima cap.* 6. sed consilium & electio sunt diversi actus, & diversarum potentiarum, & eorum objecta sunt consiliabile & eligibile: Ergo si illæ differunt, et hæc distinguentur.

Resp. Actus distinguuntur per objecta formaliter sumpta, non materialiter, ideò quia consultabile & eligibile formaliter differunt, electio & consilium distinguuntur, at materialiter tamen sunt idem.

3 *Dub.* Ea non sunt idem, quorum unum invenitur sine altero: sed eligibile sine consilio invenitur, quia opus virtuosum est ex electione, cum virtus sit habitus electivus, & quia electio est maximè virtuti propria, ut dicit Arist. cap. 2. hujus libri: sed consilium non cadit in omni opere virtutis, quia non cadit nisi in dubiis, plurima autem virtutis opera non sunt dubia ipsi virtuoso.

Resp. Nego Minorem, nam non solùm ipsa actio, verùm etiam circumstantiæ actionis spectandæ sunt, de quibus inquirere debemus ne fallamur.

☞ Notandũ, quod objectum tam consilii quam electionis potest capi & materialiter, & formaliter, etenim objectum ipsius
- *Consilii*, scil. consultabile sumptum
  - *Materialiter*, est contingens, humanum, operabile per nos, ordinatum ad finem.
  - *Formaliter*, est propositio dubia de hujusmodi operabili formata, an sit propter finem statutum operandum, vel quomodo sit operandum: totum verò objectum potest esse prædictum operabile, secundum quod propositio dubia de ipso formata est inquisita propter finem.
- *Electionis*,
  - *Materialiter*, est bonum possibile, operabile per nos, ordinatum ad finem.
  - *Formaliter*, est judicium intellectûs, quo illud operabile judicatum est esse præferendum alteri bono: totum autem objectum est prædictum operabile, secundum quod aliud judi-

Electionis, scil. eligibile ipsum sumptum — catum est alterie esse præferendum. Unde patet, quòd eligibile & consultabile materialiter sumpta sunt idem, quia in omnibus eorum conditionibus materialibus ostensum est ipsa convenire, sed sumpta formaliter non sunt idem, quia in ipsorum conditionibus formalibus, ut patet, differunt; unde tota objecta partim conveniunt scil. materialiter, partim differunt, scil. formaliter.

An consilium sit quæstio resolutoria?

In hac quæstione observantur & ejus

Explicando habitudinem consilii ad operationem, ad eam enim ordinatur ut finem, ideò finis operationis est principalis & ultimus finis consilii, tamen cum ipsa operatio exterior, & ipsa deliberativa inquisitio interior sint diversi processus, oportet ipsarum esse diversos fines proprios & immediatos; est enim finis operationis ad quod ultimò tendit operatio, & etiam propius finis deliberationis est ad quod ipsa tendit, & ista non sunt idem, sed oppositò modo se habentia; quia quod est ultimum in operando est primum in consilio: ergò omnis deliberatio statuit sibi tanquam principium notum illum finem, ad quem homo intendit post habitum consilium suas operationes dirigere: unde manifestum est, quòd inquisitio deliberativa ad nihil aliud attendit, quàm ad invenienda media quibus finis potest attingi, & illis inventis incipimus operari, & cessat consilium.

Explicatio, quæ consistit partim & in

1 *Quæstionem*, quæ duplicem habet significationem, sicut verbum *quæro*, à quo derivatur: nam aut significat idem quod

Peto vel interrogo, & tunc quæstio est dubitabilis propositio, ut dubitabilis proposita; ut, *an mundus sit æternus.*

Investigo, & tunc quæstio est processus ad inquirendum veritatem.

1 *Propositione dubitabili*, quâ quid sit agendum, vel qualiter sit agendum, per modum dubitabilis proponimus; & sic consilium est quæstio primo modo dicta, & pertinet specialiter ad illum qui petit consilium.

2 *Inquisitione deliberativâ*, qua investigamus quid sit, quo-

In

In distinguendo tum quidem

2 *Consilium*, quod capitur tripliciter, aut quidem pro modo agendum, & sic consilium est quæstio secundo modo accepta, & sic etiam dicitur quæstio resolutoria, & pertinet ad dantem consilium, nam primo modo non dicitur quæstio resolutoria, sed potius resolubilis.

3 *Judicio* per prædictam inquisitionem invento, quod hoc sit faciendum vel non faciendum, & sic non est quæstio, sed quæstionis conclusio & finis, & habet modum formæ in objecto electionis, sicut etiam paulò suprà dictum fuit.

3 *Processum*, est enim ille vel

Resolutorius, qui ex effectu per definitionem suarum causarum, tandem pervenit ad inveniendum primas & remotissimas causas.

Compositus, qui ex causis primis & remotis, per causas propinquiores tandem pervenit ad ultimatum effectum, primus enim processus dicitur resolutorius, quia oportet omnes effectus causas distinguere, ut quælibet seorsum in sua simplicitate inveniatur, ut appareat quomodo ex iis simul acceptis resultat unus effectus.

4 *Finem*, qui est duplex, aut

Operationis, quod est ultimum illud quod per totam operationem producitur.

Rei operatæ, quæ potest toti operationi præexistere: loquimur autem hîc de fine operationis.

Perfectionis & bonitatis, & sic habet rationem primi, & per consequens habet rationem causæ omnium aliorum.

Generationis, & sic habet rationem ultimi, & per consequens rationem effectûs omnium aliorum, unde 2 *Physic.* & 5. *Metaph.* dicitur, quòd causæ sunt sibi invicem causæ. Ex his igitur constat

nis; talis autē finis potest cōparari ad antecedentia ipsum, aut secundum ordinem cludi potest quòd inquisitio deliberativa secundum ordinem *perfectionis* est *processus compositivus*, quia sic procedit à causa prima ad effectum postremum; sed secundū ordinem *generationis* est *processus resolutorius*, quia sic est de ultimo effectu ad ejus primas causas inveniendas, ut jam apparuit.

Dubitationes.

1 *Dub.* Neque in consilio quærimus si est, nec quid est, nec quia est, nec propter quid est, sed quomodo & per quæ media finem statutum possumus attingere, ergò consilium non est resolutoria quæstio.

☞ Omnes quæstiones sæpè habent locū in consilio, notandum itaque quod interdum quærimus de medio ad finē,

An sit vel non, de quo invenientes quòd non est possibile desistimus, ut dicit Aristot. & scito quòd medium est quod quærimus.

2 *Quid* ipsum *est* volentes ipsum definire, ut ex definitione ejus causas cognoscentes & proprietates sciamus quomodo & per quæ fiat.

3 *Quia est*, (i.) proprietates sibi attributas, ut utrum sit turpe vel honestum, delectabile vel triste.

4 *Propter quid sit* turpe vel honestum, delectabile vel triste, quæstiones autem istæ scil quomodo & per quæ media finis statutus attingi possit, vel reducuntur ad (*propter quid*) si quæratur de causis, vel ad (*quia est*) si quærant de passionibus.

☞ Notandum autem, ut cognoscatur modus quo inquisitio deliberativa procedit, quod quidem

Primò, statuendus est *finis*, ad quem attingendum volumus consultare.

Secundò, consideranda sunt *media*, per quæ, si haberentur, finis ille haberetur.

Tertiò, videndum est utrum ista *media* nobis *possibilia* vel *impossibilia* sint:

Quartò, ex hac consideratione abjiciendum quod invenitur *impossibile*, & acceptanda quæ *possibilia* sint.

Quintò, cùm plura appareant media possibilia, fieri debet inter ea *collatio*, quantum ad omnes rationes bonitatis & malitiæ, facilitatis vel difficultatis, lætitiæ vel tristitiæ, congruentiæ vel incongruentiæ citò, post, & bene attingendum.

Sextò, illud quod in tali collatione apparet *melius* eligi debet, & alia rejici.

Septimò, debemus conferre omnem malitiam, vel difficultatem, vel tristitiam medio electo annexam ad bonitatem finis.

Octavo

Octavò, ab hac collatione debemus aliquando desistere, & ab illo medio, & à fine, si malitia media excedat bonitatem finis, vel insistere utrique, si bonitas finis excedat.

Nonò, si insistamus, debemus ab illo medio operationem incipere, si sit in potestate nostra, nisi forte propter temporis aut loci aut alicujus hujusmodi disconvenientiam defectum.

Decimò, si illud medium nondum sit in nostra potestate, ut ab eo incipiamus operari, sed ab alio priori, tunc debemus illud medium statuere cujuscunque sint, & habendum est ulterius consilium, quomodo & propter quid possit attingi secundum modum dictum de primo fine.

* Duplex est via deliberandi

Per resolutionem, quæ est vel

propria ab effectis ad causas germanas & primas rerum, & sic rarò,

Impropria ab effectis ad causas communes, & sic hic loco capitur.

Per compositionem, quæ est quoq; duplex, vel

propria à veris causis ad effecta, ut in Physicis & Mathematicis est demonstratio.

Impropria à communibus causis ad effecta, ut in Dialecticis, & talis via potius inquisitio quædam, quam deliberatio dicitur.

1 *Dub.* Quæstio nec est recta nec obliqua, sed rectitudo & obliquitas in ejus determinatione consistit: at consilium est aliquando rectum, & aliquando obliquum; ergò ipsum non est quæstio, sed magis in determinatione consistit.

Resp. Consilium secundo modo aut tertio modo acceptum est rectum vel obliquum, non autem primo modo; quia de quæstione primo modo sumptâ verum est, quòd nec recta sit, nec obliqua.

2 *Dub.* Resolutio est processus ab effectu proposito ad inventionem & distinctionem causarum; consilium autem è contrario procedit, quia à statuto fine, qui est causa causarum, procedit ad distinctionem, et ad inventionem ordinatorum in finem quæ sunt effectus. Ergò.

Resp. Consilium quidem procedit, et modo

Resolutivo, si respiciamus generationem, quia progredimur à fine, qui est in generatione ultimum, ad ea quæ ipsâ generatione priora sunt.

Compositivo, si respiciamus perfectionem, quia deliberando procedimus à fine, qui si causa bonitatis cæterorum, ad ea quæ minorem continuò perfectionem habent.

propter

An utilitas solùm, vel an honestas etiam sit finis deliberationis?

☞ Notandum quòd Cicero in Rhetoricâ suâ super istam quæstionem reputat Arist. fuisse diminutum, dicit enim, 1. Rhetor. Arist. quòd finis negotii deliberativi, est utilitas, in quo solum principaliter quæritur de utili et nocivo. Cicero verò recitans ista verba Aristot. dicit sibi finem esse et utilitatem, et honestatem.

☞ Notandum quòd finis consilii potest quidem intelligi duplex,

Alter qui consilio supponitur, sicut cognitus et desideratus, à quo tanquam à principio proficiscitur totus processus deliberativus.

1 Primus et immediatus est cognitio certa illius medii eligendi et prosequendi per quod finis principalis convenienter acquiri potest.

2 Secundus est recta electio medii.

3 Tertius recta prosecutio electi.

4 Quartus est finis ipse præcognitus et præintentus: quæstio autem potest de unoquoque horum fine intelligi; sed quantum ad difficultatem sufficit dividere quartum ex parte unâ contra alios tres ex alterâ. Loquendo itaque de fine illo præcognito, honestas et non sola utilitas est finis consilii, et sic benè dixit Cicero: sed loquendo de fine intrinseco, non præcognito, sola utilitas est finis consilii, et sic benè dixit Arist. Nam licet aliquando fines medii per quos finis primò intentus acquiritur, habeant secundum se honesti rationem, non tamen ad illos fines determinabitur consilium sub ratione honestatis, sed utilitatis, scil. prout ad præcipuum finem acquirendum valent; ita ut finis talis consilii medius non est honestas ipsa secundum se, sed ipsius honestatis utilitas ad potissimum finem adipiscendum.

Alter qui ex consilio & per consilium recognoscitur, & per electionem appetitur; finis etenim consilii

Dub. Omne quod est propter bonum virtutis habet honestatem pro fine, sed consilium prudentiæ, ut in pluribus est propter bonum virtutis, quod est maximum & honestissimum. Ergo.

Resp. Habet quidem honestatem pro fine, sed illa honestas finis consilii in quantum rationem honesti inducit, sed in quantum utilis est ad principalem finem. Certum tamen est Ciceronem reprehendendo hæc de re Aristot. & stultè fecisse, & posuisse superfluum.

De objecto voluntatis. Cap. 4.

In hac quæstione observantur, & quidem

Explicatio, quæ consistit partim

Ostendendo, quod unum appetibilium quæ in 2. & 6. Ethic. recensentur, scil. *honestum* & *delectabile*, & *utile*, duo solùm propter se à voluntate expetuntur, scil. bonum & delectabile, quia utile nunquam appetitur, nisi propter alterum tanquam illud quod est ad finem, unumque autem aliorum potest appeti tripliciter, vel,

1 Sub ratione *propria*.

2 Sub ratione *alterius*.

3 Sub ratione *convenientiæ*, v.g. bonum honestum potest appeti, & sub ratione *honesti*, vel sub ratione *delectabilis*, vel sub ratione *boni*.

Naturalis, quæ est vis animæ ratiocinantis, qua propter semina virtutum & vitiorum in se posita, homo bonum solidum, aut apparens liberè appetere potest.

Distinguendo, tum quidem

1 *Voluntatem*, quæ est vel

Rationi subjecta, cujus objectum est verum bonum, ad quod secundum simplicem essentiam fertur.

Moralis, quæ est, vel

Affectibus obruta, cujus objectum fucatum & apparens bonum appellatur, non enim aliter voluntas circa bonum specie virtutis, quàm intellectus circa verum specie veritatis, falli potest & vacillare.

2 *Modum* quadruplicem quo voluntas, ut est potentia in

1 *Per alterum & propter alterum*, & sic fertur in illa quæ propter ultimum finem appetit, & propter quæ alia quædam priora appetit, & talis appetitus includit intentionem in quantum appetit illud medium habere per alterum, & includit *electionem* in quantum appetit propter alterum.

2 *Per alterum sed non propter alterum*, & hoc modo fertur in finem, ut assequentium per altera, scil. ea quæ sunt ad finem, & talis appetitus est ipsa *intentio*.

objectum non habitum ferri potest; scil. aut

3 *Propter alterum & non per alterum*; & hoc modo fertur in ea quæ præcisè sunt ad finem, & hic appetitus *electio* nominatur.

4 *Non per alterum, nec propter alterum*; & sic fertur in bonum simpliciter sumptum, non relatum ad bonum, ut prius per quod, nec ad posterius propter quod debeat, vel possit acquiri; & ideò talis appetitus potest esse tàm possibilium, quàm impossibilium, & talis appetitus vocatur *voluntas*, de quâ nunc agitur. unde patet quòd voluntas non est eorum quæ sunt ad finem, sed tantummodò finis, quia omnis appetens ea quæ sunt ad finem, appetit ea propter alterum, quare nihil appetit eorum quæ sunt ad finem: unde voluntas est solùm finis, non secundum quod finis dicit causam finalem, propter quam alia appetuntur, sed secundum quod dicit finem tantùm non propter alterum desideratum.

3 *Bonum apparens*, & non existens: potest enim intelligi, vel

Quod sub una ratione sit apparens, & sub alia sit existens, sicut dicit Philosophus de delectabili, quod multi desiderant ut bonum per se, ita quod apparet, & non existit bonum, existit tamen delectabile, & talis boni voluntas esse potest.

Quod sub una ratione vel pluribus sit apparens, & sub nullâ existens; & talis boni voluntas esse non potest, eo quod bonitate quicquid omni privatur appeti non potest.

4 *Comparationem negationis*

Præponi

Et utroque modo talis negatio potest in significatione nominis implicari, v.g. De negatione præpositâ in hoc nomine (nemo) ubi negatur homo, quia intelligitur præponi negatio, & in hoc nomine (injustitia) negatur justitia, quia negatio observatur præponi justitiæ; in hoc autem

ad actum, potest enim vel actui Postponi

nem nomine (ut eo utar) (voluntas) non negatur voluntas, quia negatio non notatur proponi voluntati, ut dicendo volo comedere, & nolo comedere. In secundo dicto in quo implicatur actûs negatio, non negatur actus volendi, sed ab actu volendi negatur actus comedendi, et ideò non debet exponi, per illud quod est non volo comedere; unde sciendum quòd velle et nolle, eodem respectu ejusdem sunt actus voluntatis contrarii.

Dubitationes.

1 *Dub.* Eodem modo potest voluntas appetere aliquid, quo intellectus id ipsum ei objicit, quia primùm omnia intellectui, tum voluntati objiciuntur; sed intellectus sæpè objicit aliquid voluntati sub ratione mali, nam 3. de anima probat Philosophus, quod rem sæpè ut est, percipiat; unde sequitur quòd voluntas aliquid ut simpliciter malum appetat sub ratione mali.

Resp. Quamvis intellectus voluntati aliquid offerat sub ratione mali, quod ante rectè discusserit, voluntas tamen affectibus mancipata idipsum sitit et appetit sub ratione boni.

2 *Dub.* Omne peccatum ex certâ malitiâ perpetratum cognoscitur esse malum sub ratione mali, sed voluntas aliquando fertur ad peccandum ex certâ malitiâ. Ergo voluntas fertur ad malum cognitum sub ratione mali. Major constat 7. Ethic. cap. 3. ubi scientem incontinentemque vivere posse Arist. probat. Minor probatur per infinita exempla multorum, qui Deum agnoscentes esse summum bonum, malum tamen execrantur.

Resp. Malitia est venenum animi, quod ita interdum tàm intellectum quàm voluntatem inficit, ut neque illa rectè concipere, neque hæc recte appetere quidem possit; quare etsi sæpè committitur peccatum ex certâ malitiâ, malitiosus tamen hoc ipsum committere bonum esse arbitratur, non ergo sub ratione mali, sed sub ratione et specie boni committit.

3 *Dub.* Semina et potentiæ æqualiter in nobis sunt tàm virtutum quàm vitiorum, ergo non magis bona quàm mala objiciuntur voluntati: antecedens est in lib. 3. cap. 5. tex. 1. argumentum sequitur à comparatione parium.

Resp. Voluntas dupliciter consideratur, vel quidem

Naturaliter, et sic æqualem tam ad bonum, quàm ad malum potentiam habet.

Moraliter, quomodo in ea ponderanda sunt

Conservatio, et sic magis ad bonum.

Corruptio, seu defectio, et sic magis ad malum flectitur.

4 *Dub.* Superiùs dictum est voluntatis objectum esse perfectum bonum, si in simplici

simplici essentiâ consideratur. Ergo malè hîc dicitur quòd tàm bonum quàm malum sit æqualiter objectum, si naturaliter consideratur.

Resp. Duplex essentia est voluntatis, vel { *Absoluta*, simplex & divina, atque hæc bonum perfectum, ut objectum proprium appetit & desiderat. *Respectiva*, composita, vel humana, atque sic æqualiter ad utrumque movetur, nunc enim rationem rectam intellectûs, nunc perturbationem appetitûs sequitur.

5 *Dub.* Omne bonum volitum movet voluntatem, sed nullum bonum non existens movet voluntatem, cum movere supponat esse; quare nullum bonum non existens est objectum voluntatis, & per consequens solùm verum & existens bonum.

Resp. Quod quidem existit sub nullâ ratione boni non potest movere voluntatem, quod tamen existit sub unâ, & apparet sub alterâ movere potest.

6 *Dub.* Omne bonum apparens & non existens, si expetatur, propter ignorantiam expetitur, sed quod fit per ignorantiam est involuntarium, 3. Ethic. cap. 1. Ergo si bonum apparens & non existens appetatur à voluntate simul erit involuntarium.

Resp. Ubi appetitur aliquid delectabile tanquam bonum, non appetitur propter ignorantiam licet appetatur ignoranter, sicut ebrius operatur malum ignoranter quidem, non tamen propter ignorantiam, sed propter ebrietatem.

7 *Dub.* Actus cum negatione, & actus sine negatione non sunt idem, sed noluntas est actus cum negatione, & voluntas sine negatione. Ergo non sunt idem.

Resp. Sunt idem essentiâ, non omni accidente, nam actus cum negatione postpositâ est actus non negatus, & ideò noluntas est verè voluntas, non quidem illa determinatè quæ est sibi contraria, sed est voluntas sumendo voluntatem, ut est communis ad voluntates contradictorionum.

8 *Dub.* Omnis electio est eorum quæ sunt ad finem, ut dictum est, sed omnis electio est voluntas, nam quod electivè fit voluntariè fit, ergo à conjugatis quod electivum est voluntarium, & electio voluntas. Ergo voluntas solus finis esse non potest.

Resp. Electio non est voluntas, sed actus ejus, nec illud argumentum sequitur, quia illa non est essentialis prædicatio *electivum est voluntarium* & formalis, sed materialis, quia electio est in voluntate, non autem illud argumentum tenet.

An passio mala magis corrumpat rationem quàm habitus malus?

Dubitatio.

Dub. Quicquid univocè dicitur de causa æquivoca, & de causato ejus, magis dicitur de causa quàm de causato, secundum Aristot. 2. *Metaph.* ut pater de calido univocè dicto, de igne & de mixtis, tamen magis dicitur de igne quàm de mixtis, sed esse corruptivum rationis univocè dicitur de passione mala, & de habitu malo, & mala passio est causa mali habitus, quare passio est magis corruptiva rationis, quàm habitus malus.

Resp. Com-

Resp. Comparatio illa inter causam & effectum debet fieri inter causam totam & effectum totum, non inter partem causæ & effectum totum; aut è converso: aliter enim non teneret, v.g. si dicatur generaliter, melior est finis quàm illud quod est ad finem, verum est de fine toto, non de qualibet parte finis, calamus enim est propter scripturam tanquam propter finem, ideò scriptura tota quæ potest fieri per calamum melior est quam calamus, sed scriptura unius literæ non est melior: similiter in proposito, omnes passiones, & omnes operationes malæ quæ causant habitum simul sumptæ magis corrumpunt rationem quàm habitus, sed una illarum passionum per se sumpta non.

De libertate voluntatis. Cap. 5.

In hoc capite observanda sunt, &

1 Rationes quibus à Philosopho libertas voluntatis probatur, quia
- 1 Electio & consultatio sunt voluntaria, quæ sunt comites actusque voluntatis.
- 2 Agere & non agere in nobis ponitur ut liberum & spontaneum.
- 3 Voluntas est proximum suarum actionum principium.
- 4 Aliter frustrà præmia bonis, pœna malis in republica proponerentur.
- 5 Aliter otiosè monita & consilia ad virtutem amplectendam, vitiumque vitandum adhiberentur.

1 Quæstiones *An Voluntas sit libera.*

1 *Dub.* Liberum est quod est causa sui motûs, sed voluntas humana habet aliam causam sui motûs, nempe Deum, ergò voluntas non est libera.

Resp. Absolutam essentiam illic & infinitam libertatem intelligit Philosophus, quæ est in solo Deo, & sic intelligenda est major propositio.

2 *Dub.* Instrumentum non est primaria causa actionum, sed voluntas est instrumentum primæ causæ 11. *Metaph. & lib. de causis*, ergò non est primaria & libera causa actionum.

Resp. Non est instrumentum ut securis, sed ut servus, qui proxima & immediata causa actionis esse potest.

3 *Dub.* Intellectus cogi potest, quia est aliquid simpliciter verum, ut mundum esse, cui assentiri volens nolensque cogitur, ergò similiter potest cogi voluntas, & per consequens non est libera.

Resp. Judicium cui attribuitur voluntas est judicium
- *Electionis*, in voluntate ipsa,
- Non *cognitionis* in intellectu.

Ergò non est par & æqualis ratio.

4 *Dub.* Omne objectum perfectè motivum suæ potentiæ, ex necessitate movet eandem, 3. *de anima*, sed bonum est perfectè motivum voluntatis, cùm apprehenditur, ergò bonum ut Deus & beatitudo de necessitate movet voluntatem, ideò videtur cogi, & non esse libera.

Resp. Ne-

Resp. Negatur ratio, quippe in hoc maximè cernitur libertas, nam quamvis bonum efficacissimè voluntatem moveat, non tamen est coactio; nam inclinationem ad contrarium tùm habet voluntas, cùm movetur.

5 *Dub.* Bonum in rebus consistens, ut amor, magis movet quàm verum in ratione consistens, ut scientia amoris. Ergò, si verum ex necessitate cogat intellectum, magis bonum cogit voluntatem. Præterea quod naturaliter fit necessariò fit, sed intellectus naturaliter verum, & voluntas naturaliter bonum expetit, ergò est quædam necessitas, & non libertas in voluntate.

Resp. Necessitas alia est,
- *Coactionis* seu consequentis, ut ait Boët. sic non movetur voluntas objectivè, vel naturaliter.
- *Inclinationis* seu consequentiæ, & sic movetur utroque modo, est tamen in libertate sua situm agere vel non agere, nam objectum inclinat voluntatem necessariò, at necessitatem absolutam agendi voluntati non imponit.

6 *Dub.* Quod per se ineſt de necessitate ineſt, sed velle bonum, per se ineſt voluntati, ergò de necessitate velle bonum cogitur voluntas, et per consequens non est libera.

Resp. Velle bonum naturaliter voluntati convenit, hoc ipsum tamen velle non ex necessitate coactionis, sed inclinationis sibi convenit.

7 *Dub.* Secundum Aristot. in hoc capite, non magis nos posse declinare à vitiis cum velimus, quàm ægrotantes valere cùm placet, Ergò libertas voluntatis ad bonum non defenditur ab Arist.

Resp. Per istud simile Aristot. summam difficultatem declinandi à malo insinuat; libertatem autem voluntatis non negat, nec rem impossibilem esse dicit.

☞ Notandum quod p. acquirenda virtute, & declinando vitio, tria necessariò in omni homine requirantur, nimirum &
1. *Natura* idonea, quæ sit capax principiorum moralium, sic quod homo cuncta per se facienda intelligat, vel intelligentem audiat, alias iste vir inutilis erit.
2. *Libertas* sufficiens, per quam homo possit civiliter vivere, et humana opera experiri.
3. *Educatio* non mala, ita enim possit nutriri et educari puer, qui antequam pubuisset, et usum plenum rationis haberet, esset malè habituatus, quibus addi debet quantum in aliquibus scil. doctrina sana quæ est in iis necessariò, qui per se non possunt principia moralium suscipere, quibus propria experientia non sufficit.

* Unde dicendum quod nemo fit malus involuntariè propter ignorantiam, eò quòd omnis homo istis conditionibus suppositis, potest si vellet principia moralia cognoscere, & ad opus applicare: aut ergò habebit istam notitiam, & tum propter ignorantiam non fieret; malus aut habebit ignorantiam, & tunc ipsa erit voluntaria, quia ignorat cum posset non ignorare. Ergò.

2 Quæstio, *an homo fiat malus involuntariè propter ignorantiam.*

1 *Dub.* Passio ligat aut absorbet rationem contra notitiam operationum. 7. *Eth.* Ergò

Resp. Passio ligat rationem aut absorbet, nisi voluntas motui passionis consenserit.

2 *Dub.* Qui-

2 *Dub.* Quidam carent notitiâ finis hominis, ſicut dicit *Solomon* 9. *Eccleſ.* neſcit homo finem ſuum. Ergò.

Reſp. Loquitur ibi Solomon de fine ut eſt ultimum, non ut eſt optimum, quia ibi ſumitur finis communiter et indifferenter ad bonos et malos.

3 *Dub.* Homini ſtudioſo apparet eſſe finis, illud quod per naturam eſt finis, ſecundùm Ariſtot. quare nullus ante acquiſitionem virtutis per quam fit ſtudioſus, et bonus apparebit verus finis.

Reſp. Hominem ſtudioſum nominat Philoſophus non ſolum illum, qui per multum exercitium habitum in bonis moribus acquiſivit, ſed etiam omnem hominem innocentem et ratione naturali incorrupta utentem, et talis eſt quicunq; ſuppoſitis dictis conditionibus.

4 *Dub.* Quidam carent notitia ſtatus humani, nam ut inquit Solomon 9. Eccleſ. neſcit homo utrum amore aut odio dignus ſit. Ergò.

Reſp. Loquitur de dignitate odii vel amoris, quæ habetur per charitatem infuſam è Deo, et per ejus privationem; non loquitur autem de habitibus humanitùs acquiſitis, quia in habitu virtuoſo per exercitium acquiſito, bene ſtat privatio charitatis, quia illa perditur per unicum actum malum, non tamen habitus acquiſitus.

5 *Dub. Adjectio habituum, & generatio aut augmentum non eſt de nobis cognita*, 3. *Ethic.* in fine, nec per conſequens habitus bonus aut malus. Ergò deficit nobis cognitio neceſſarii ad virtutem.

Reſp. Loquitur de adjectione partis ad partem, ſeu gradus ad gradum, ſecundum quod reddit totum habitum tantum aut tantum, negat itaque ſolùm notitiam quantitatis intentionis habitûs, et iſta notitia non eſt homini neceſſaria pro virtute.

6 *Dub.* Multi carent notitiâ poteſtatis humanæ, unde dicitur in Pſalmis, quòd *homo exiſtens in honore non intellexit, ſed jumentis interituris comparatur.*

Reſp. Homo qui peccavit cùm eſſet in honore poteſtatis, non intellexit, intelligere tamen potuit, ſed noluit intelligere ut bene ageret.

7 *Dub.* Nititur in hoc cap. oſtendere poteſtatem hominis et libertatem voluntatis, contra eos qui ipſam negaverunt: ergò quaſdam latet iſta cognitio, quæ eſt ad virtutem neceſſariò requiſita.

Reſp. Probat iſtam poteſtatem non quia eſſet ignota homini non malè diſpoſito, ſed homini malè diſpoſito, ſicut probant principia, 4. *Met.* quæ ſatis ſunt homini nota.

☞ Notandum quod notitia humanorum quadruplex eſt homini neceſſaria, pro acquirenda virtute, ſcil. Notitia

1 *Operationis.*
2 *Finis.*
3 *Status.*
4 *Poteſtatis.*

Et contra hæc procedũt objectiones humanæ.

1 Pro acquirenda virtute et declinando à malitia non ſufficit virtus humana: ſine Dei auxilio, nec tamen poteſtas Dei ſufficit ſine conſenſu humano: ſicut enim eſt in proceſſu ad malum, ſic partim eſt in proceſſu ad bonum: ſed in proceſſu ad malum non ſufficit potentia humana ſine auxilio alieno, nec poteſtas

aliena sine consensu humano, nam ad opus intemperantiæ aliquod sic proceditur, nam primò præmittitur occursus alicujus rei concupiscibilis in interiori vel exteriori sensu.

Secundò, sequitur motus concupiscentiæ.

Tertiò, Consensus voluntatis.

Conclusiones quatuor

Quartò, prosecutio operis, constat autem quod potestas humana non sufficit sine ministrante aliquo rem concupiscibilem, & in primo occursu & in toto processu, quia semper ipsa res concupiscibilis movet hominem, & homo non movet nisi motus, nec potestas hujus rei concupiscibilis, & activi eam ministrantis sufficit sine consensu hominis; quia ex concursu concupiscibilis, non causatur magnus motus concupiscentiæ, sine voluntate hominis nedum malè habituati, neque ex motu concupiscentiæ causatur consensus voluntatis. Itaque in processu ad bonum sunt quatuor, 1 Occursus rei salubris & honestæ mentem allicientis ad bonum. 2 Motus rationis apprehendentis & voluntatis acceptantis. 3 Simplex consensus voluntatis. 4 Efficax prosecutio boni operis. Constat itaque quod non sufficit potestas hominis sine illo qui ministrat ipsam salubrem & honestam, & sine illo qui facit eam apparere, ut placidam & honestam, hæc autem omnia facit Deus.

3 Quæstio, *An homo fiat malus involuntariè propter impotentiam?*

1 *Dub.* Qui habet impotentiam faciendi bonum quod facere vult, fit malus involuntariè, sed sic est de pluribus. Dicit enim Apostolus, 7 ad Romanos, *Non quod volo bonum facio*, at illud non est ex defectu voluntatis postquam vult, ergò ex defectu potestatis.

Resp. Nullus habet impotentiam simpliciter faciendi bonum vel resistendi malo, quia hæc omnia potest cum auxilio causæ liberæ.

2 *Dub.* Aristot. supra in fine 1 *lib. Ethic. text.* 4. dicit, quòd *quemadmodum dissolutæ corporis particulæ hominum diligentium eas movere in partem dextram, prave feruntur in partem sinistram, sic est in anima.* Ergò sicut corpus aliquando involuntariè fertur pravè, sic & anima.

Resp. Sicut corpus pravè fertur ex virtute & dispositione sibi intrinsecis, sic & anima pravè ex sibi intrinsecis: non voluntariè, sed ex impotentiâ electionis bonæ, quia concupiscentia prævalet adversus eam, non tamen adversus potentiam animæ, quoniam voluntas per velle consentit, & adhæret concupiscentiæ, dimissâ electione, & per consequens voluntariè fertur.

3 *Dub.* Pluribus in locis dicit Aristot. incontinentem vinci à passione malâ, constat autem quòd nullus qui vincitur victori resistere potest, & quòd omnis qui vincitur involuntariò vincitur. Ergò incontinens fit malus involuntariò ex impotentiâ resistendi.

Resp. Voluntas dicitur vinci, quia ab appetitu qui est secundum naturam, & secundum rationem, & secundum virtutem, qui etiam est via ad fœlicitatem, prosternitur ab appetitu, qui est contra naturam, contra rationem, contra virtutem, qui etiam deviat à fœlicitate: tamen iste secundus appetitus malus est ei voluntarius,

tarius, & ideò voluntate vincitur, & ipsa potest passioni malæ victrici resistere, quia passio, nec contra rationem, nec contra electionem vincit, nisi per consensum ipsius voluntatis.

4 *Dub.* Humana vita (inquit Aristot. conscius de hac impotentiâ) indiget necessariò requie & remissione vitæ, quæ maximè fit in ludo, circa quam posuit virtutem eutrapeliæ, ut in lib. 2. & in 4. Ethic. quare videtur quod homo, ut in pluribus sit impotens ad inquirendum virtutem, vitandamque malitiam.

Resp. Ludus, requies, & remissio vitæ quamvis virtutem non generant, nec augmentent, non tamen aut corrumpunt, aut minuunt, si moderatè fiant, aliquando tamen occasione quadam, & per accidens virtutem augent, in quantum reddunt hominem sine tædio & fatigatione, quæ ex operum continuitate provenire apta est.

5 *Dub.* Quicquid fit in homine voluntario fit ex hominis potestate, quia voluntarium est cujus principium est in homine operante, ut dictum est; sed bonitas & malitia non fiunt ex hominis potestate, non enim *est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*, inquit Apostolus 9. cap. ad Romanos. Ergo.

Resp. Virtus moralis & malitia in homine fiunt ex potestate hominis; dicit autem virtutem non esse volentis, neque currentis, sicut causæ principalis, sed miserentis Dei, qui est causa superior liberrima habens hominem in potestate sua.

An voluntas & intellectus sint eadem potentia animæ?

Dub. Idem numero potest esse & bonum, & verum, quod est utriusque objectum, ut Deus. Ergo & ipsa sunt una potentia, præterquam quod unum numero animum constituunt.

Resp. Voluntas non est eadem potentia cum intellectu idem
1 Quia non est idem utriusque objectum, licet sit tam boni quam veri principium, ut Deus.
2 Quia non est eadem agendi in utroque ratio.
3 Quia voluntas in rebus, intellectus in ratione rerum versatur.

An voluntas sit nobilior & excellentior potentia ipso intellectu.

Dub. Videtur intellectus esse nobilior potentia
1 Quia est simplicior, versatur enim in abstractis, at voluntas in rebus ponitur.
2 Quia ejus actus est nobilior, nempe divina contemplatio.
3 Quia ut prior regit voluntatem, objicit enim & præscribit voluntati quid sit agendum, quid fugiendum.

Resp. Voluntas duobus modis comparari potest, vel ad
- *Res humanas* viribus mentis perscrutandas, & sic est inferior voluntas ipso intellectu.
- *Res divinas* appetendas, quæ sunt ipsâ animâ excellentiores, & sic voluntas est eminentior; præstabilius enim velle & amare Deum, quàm cognoscere: at hæc intellectûs, illa voluntatis operatio est.

4. Quæstio. *An homo fiat malus involuntariè propter concupiscentiam?* De quâ notandum

Explicatio quæstionis, quæ consistit partim in ostendendo ipsius naturalis concupiscentiæ

Efficaciam communem. ad quod notandum quod naturalis concupiscentia, quæ communi nomine sumpta est idem quod appetitus sensitivus, potest comparari, vel ad naturã hominis.

Animalem præcisè sumptam, idque quintupliciter, quia vel comparatur ad eam, et

1 Naturalis potentia, & sic dicitur lex carnis sive membrorum.

2 Potentia remota, & sic dicitur concupiscibilitas, sicut est in pueris.

3 Potentia propinqua quæ statim potest in actum exire, & sic dicitur concupiscentia, qualis est in adultis.

4 Potentia ad actum inclinata, & sic nuncupatur pronitas.

5 Potentia actui & motui conjuncta, & sic libido appellatur.

1 Conjuncta naturæ animalis, et hoc dupliciter, quia vel comparatur ad

Appetitum rationalem, & sic dicitur stimulus carnis, quia rationalem appetitum stimulat et titillat, allicit et attrahit, ut ei condelectetur, et condoleat, et condescendat.

Rationem ipsam maximè, ut est conscientia, et sic dicitur languor, quia languere facit, et difficultatem pati conscientiam, quæ peccat adversus carnem, et caro per talem appetitum carnalem concupiscit contra spiritum.

Rationalem, idque vel quidē ut est

2 Devicta ab animali, et hoc dupli-

In quo tunc est, et sic tyrannus nuncupatur.

In quo tunc esse debet, et sic dicitur esse corruptio, quia tunc principatur in homine ille appetitus qui non habet jus principandi, nec principatur ad commune bonum totius hominis, sed ad damnum, quare dicitur tyrannus: tunc autem principatus quo

pars

citer, quia vel comparatur ad statum ipsius animi, pars rationalis animæ principari debet parti irrationali, corruptus est, et anima perversa, unde 5. Topic. dicitur, quòd proprium est rationi principari in homine, non autem semper, scil. quando hominis anima est perversa, quare tunc corrupta dicitur, ipsaque concupiscentia ejus corruptio nuncupatur, non formaliter, sed secundum effectum, quia corruptionem ejus efficit.

3 Subjugata naturæ animali: et illud quadrupliciter; quia effectus ejus in anima subjugata opponitur virtuti, et quidem quantũ ad

1 Bonitatem, et sic
2 Rectitudinẽ, et ita
3 Decorẽ, et ita
4 Vigorẽ, et sic

Est

1 Fomes et nutrimẽtũ, quia fovet et nutrit peccatũ
2 Vitium naturæ,
3 Fœditas animæ,
4 Infirmitas voluntatis, et conscientiæ appellatur.

Et isti sũt modi se habẽdi hujus concupiscẽtiæ ad hominẽ habentem utramq; naturã, sicut dictum est.

2 Diversitatem quam habet secundum magis & minùs in diversis hominibus. Variatur

1 *Nativitatem*, quia ex complexione per nativitatem acceptâ, unus est magis inclinatus ad Venerea quàm alius, & iste alius magis ad pecunias, vel ad cibum, vel potum, quàm iste; & sic de aliis.

2 *Ætatem*, quia juvenis per naturam magis inclinatur ad delectabilia quàm senex, & senex magis ad lucra & avaritias, quàm juvenis.

3 *Dispositionem* corporis, quia sanus magis inclinatur ad Venerea quàm ipsemet æger existens, & qui vivit magis vel minus delitiosè, vel austerè, secundum

Fitur autem ea concupiscentia naturalis in hominibus quadrupliciter, & secundum hoc magis vel minus sentit motus hujus naturalis concupiscentiæ,

4 *Consuetudinem*, quia non obstante naturali conditione propter consuetudinem aliquis senex magis concupiscet aliquo juvene: unde Augustinus in epist. ad Valerium dicit, quòd qui concupiscentiæ nequiter serviunt, tantas in eis vires recipiunt, ut plerunque ætate difficilibus membris eisdem partibus turpiùs & procaciùs insanire non desinant.

Dubia.

1 *Dub.* Per quod quis captivatur in lege peccati, per illud involuntariè fit malus, quia per peccatum fit malus, sed qui captivatur involuntariè ducitur; sed *per concupiscentiam captivatur homo in lege peccati*, dicente Apost 7 ad Rom.

Resp. Aliquis potest captivari voluntariò, sicut ille qui ad solum mandatum principis ductus timore vadit ad carcerem, sic & voluntas hominis voluntariò captivatur ad nutum appetitûs ducta solùm amore, vel timore, vel aliquâ passione.

2 *Dub.* Quod est naturale non est voluntarium, sed motus & ductus concupiscentiæ naturalis est, *est enim delectatio nobis cognita & complantata à pueritiâ, lib. 2. Ethic. cap. 3. tex. 2.* quare malitia ad quem ista concupiscentia hominem ducit, non est voluntaria.

Resp Motus quidem concupiscentiæ naturalis est, (sed à natura corrupta) sed consensus voluntatis quo voluntas consentit aut dissentit huic motui est voluntarius & liber. Licet itaque dicit Philosophus quòd illa delectatio est nobis naturalis, illi tamen consentire non dicit esse naturale, imò dicit quòd pugnare adversus eam est difficile, sed non impossibile.

An intentio boni aut mali sit actus voluntatis?

☞ In intentione spectantur duo { *Conceptio* ejusdem, & sic est actus intellectus. *Relatio* ejusdem ad finem, & in ea commoratio, & sic est actus voluntatis.

An voluntas intellectum & alias potentias animæ moveat?

Dub. Videtur qd intellectus potiùs moveat voluntatem, { 1 Quia est prior ipsâ voluntate, nihil enim amatur, nisi sit cognitum. 2 Quia est potentia activa, voluntas autem passiva. 3 Quia *ejus est imperare, 7. Ethic. cap. ult.*

Resp: Voluntas consideratur vel quoad { *Intentionem*, & sic movetur ab intellectu. *Actionem*, & executionem rerum, & sic movet flectitque intellectum.

5 Quæstio,

5 Quæstio, *An homo semel malus semper remaneat malus & involuntariè?* cujus observantur &

1 Propter *malitiam*, quantum ad totum hominem, quia vitiosus habitus habentem facit malum, sicut virtuosus bonum.

2 Propter *ignorantiam*, quantum ad intellectum, quia ut ostensum est, omnis malus est ignorans, & omnis habitus vitiosus secum trahit aliquam ignorantiam.

3 Propter *infirmitatem*, quia sicut virtus reddit hominem promptiorem ad omne opus bonum, sic vitium ad omne opus malum, & per consequens homo fit ex vitio impotentior ad resistendum malo, & hæc impotentia vocatur infirmitas.

Explicatio, quę consistit in ostendendo difficultatem recedendi à malitia, quæ est propter vulnera relicta in homine ex habitu vitioso, scil. &

4 *Concupiscentiam*, quæ sequitur vitium, non illa naturalis de qua jam dictum est, quia illa præcedit ut causa peccati, at hæc sequitur ut effectus; jam ut virtus reddit opus suum delectabile, & per consequens magis desiderabile, sic vitium suo modo reddit opus suum delectabile magisque desideratum, & in hoc causat istum motum concupiscentiæ, & tamen propter totam tantorum vulnerum difficultatem, non est ei impossibile ex malitia evadere, etenim homo vitiosus cum habeat dominium super actus suos à principio usque ad finem, sic quod potest operari, & potest non operari bonum vel malum, ut hic dicitur, ergò etiam habet dominium super habitus per tales actus generabiles & corruptibiles, quia si cesset operari mala & operetur bona paulatim, non statim, ut dicit Philosophus deponit malum habitum.

Dub. *Sicut se habet corpus ad ægritudinem, sic anima ad malitiam*, secundum Aristot. in litera, sed factus æger voluntariè in corpore, posteà maneat involuntariè æger, usque ad periodum morbi; quare simili modo æger & vitiosus in anima remanebit involuntariè æger.

Resp. Similitudo Aristot. tenet quantum ad hoc, quod sicut ille corpore æger non fiet statim, cum voluerit, sanus; sic nec iste in anima vitiosus fiet statim cum voluerit virtuosus, sed paulatim. Sicut ille qui existens Londini vult esse Romæ, non statim erit Romæ, sed erit ibi intra duos menses si operam dederit: sic vitiosus non statim, cum voluerit fieri virtuosus, fiet virtuosus, sed per multa opera bona cessantibus malis.

De

De definitione Fortitudinis? Cap. 6.

In hoc capite observantur &

Explicatio quæ consistit partim & in
- Distinguendo fortitudinem; est enim triplex, nempe
  - 1 *Naturalis*, quæ in viribus & lacertis corporis consistit, propriéque robur appellatur; & sic Leo non minus quàm homo fortis dicitur.
  - 2 *Civilis*, quæ sumitur aut
    - *Latè* pro *militari, servili, legali*, de quibus postea.
    - *Strictè*, pro *morali*, quæ hîc definitur.
  - 3 *Cœlestis*, quæ est intrepida & perpetua constantia animi divinitus armati, quâ semel homo præditus nullam tyrannidem extimescit; sic Moses contra Pharaonem, sic Elias cõtra Achab, sic Joannes contra Herodem animosè intonuerunt.
- Definiendo moralem fortitudinem. Est enim *virtus moralis inter metum & audaciam posita, qua armatus homo, libenter & intrepidè pericula mortis suscipit, eademque suscepta generationi præfert aquitatis causâ.*

Dubitationes.

1 *Dub.* Omnis virtus medium esse debet inter duo vitia; sed fortitudo non est, quia extrema ejus scil. audacia & timor sunt affectus animi, non vitia. Ergò.

Resp. Timor & audacia considerantur bifariam
- *Naturaliter*, ut constitutionem corporis sequuntur, & sic sunt affectus.
- *Moraliter*, ut consuetudine agendi acquiruntur, & sic habitus vitiosi dicuntur. Vel dicendum quod virtus non solùm vitiis, sed etiam immoderatis affectibus animæ appetentis oppõnitur: requiritur ergò fortitudo ut habena & moderatrix istarum passionum, ne aut mens humana nimis tumida insolesceret aut nimis abjecta & contracta timeret omnia.

2 *Dub. Fortitudo versatur circa difficilius*, ut ait Philosophus in textu, sed est difficilius furentes animi passiones vincere, quam aliquod discrimen in bello subire. Ergò potiùs circa illud quàm hoc versatur fortitudo.

Resp. Duplex est objectum fortitudinis, aliud
- *Internum* quod est perturbatio animi, quam vincere est actus fortitudinis, sed metaphoricus, & communis.
- *Externum*, quod est mors bellica, de qua hoc loco disputatur.

3 *Dub.* Omnis virtus versatur circa ea quæ sunt in nostra potestate, sed pericula mortis bellicæ non sunt in nostra potestate, cùm sint incerti bellorum exitus. Ergò aut fortitudo non est virtus, aut ejus objectum non est mors mortisque periculum.

Resp. Etsi

Resp. Etsi ab aliis in bello vulneremur, periculum tamen, adeoque mors illa bellica in nostra potestate sita sunt, quippe penes nos est an tale periculum velimus aggredi & subire.

4 *Dub.* Omnis habitus gignitur ex multis actionibus circa propriam materiam, sed multæ non possunt esse actiones fortitudinis circa mortem. Ergò fortitudo non est virtus.

Resp. Nego minorem, nam multæ & frequentes afflictiones pericula circa mortem dici possunt, præterea sæpè contingit forti agere antequam ictus & vulneratus cadat.

5 *Dub.* In textu Philosophus hæc habet verba, *nec paupertas horribilis est, nec pertimescenda, nec morbus, nec omnino quidquam præter culpam.* Ergò male proponuntur alia timenda forti præter mortem.

Resp. Aurea & divina est illa sententia philosophi, *forti nihil est timendum præter scelus*, sed Philosophus (*timendum*) *fugiendum* intelligit, nihil igitur est per se timendum (i.) per se fugiendum præter culpam.

6 *Dub.* *Fidens animo non debet esse fortis, cum virgis cæsum se iri videat*, ut inquit Arist. in textu, ergò cùm moriendum est timere oportet.

Resp. Nec virgam nec mortem extimescit fortis, sed tùm dolet cùm non potest resistere, cumque diuturnior vitæ ac lucis usura non conceditur, ut prosit patriæ.

7 *Dub.* Timendum est forti omnique bono viro, quod fœlicitatem omneque bonum tollit: sed mors fœlicitatem omneque bonum tollit; dicit enim in textu Aristot. *mortem esse maximè horrendam, & acerbam, adeoque rerum omnium extremum, ultra quod nullo in bono aut malo sunt mortui.*

Resp. Respectu naturæ mors horribilis est atque acerba, eò quòd mors est quædam ipsius dissolutio. In nullo verò bono aut malo sunt mortui naturaliter, vitamen mentis quæ est æterna multa post mortem manent quæ sunt divinissima.

☞ Objectum fortitudinis est quidem duplex, aliud
- *Commune*, ut omne formidolosum quod vires humanas non superat, ut mori cum Socrate, certare cum Hectore.
- *Proprium*, ut mors bellica, quæ ideò objectum fortitudinis dicitur, quia est
  1. *Difficillima*, propter certamen.
  2. *Pulcherrima*, propter decorum.
  3. *Honestissima*, propter causam.
  4. *Celeberrima*, propter famam.

☞ Timor est alius
- *Naturalis*, qui est aut
  - *Cum ratione* conjunctus, sicut filius patrem.
  - *Sine ratione*, sicut pusillanimis omnem umbram timet.
- *Legalis*, erga regem, quem revereri
- *Venerabilis*, erga Deum, quem adorare } oportet.
- *Servilis*, in affectum animi, cui succumbere fortem non decet: forti igitur timere licet, sed ea quæ non timere est inhonestum.

8 *Dub.* Virtus cujus est passiones ignorare non vincere, non est moderatrix timoris & audaciæ, sed talis est fortitudo, ut inquit Macrobius, in *de somno Scipionis*. Ergò.

Resp. Loquitur Macrobius de fortitudine purgati animi, non de fortitudine politica, de qua loquimur in præsenti.

☞ Notandum quòd cùm sunt sex timoris species, ut lib. 2. dictum est, quòd audacia ultimæ solùm propriè opponitur, quæ agonia nominatur, quæ est timor infortunii, sub qua continentur & timor.

1 *Verecundus* infamiæ, qui potest reduci ad erubescentiam.
2 *Avarus*, inopiæ.
3 *Zelotypus* amittendi amicos.
4 *Mediocris* verberum & ægritudinum.
5 *Maximus desperatus* mortis, in mari & terræ motu, &c.
6 *Maximus non desperatus* mortis, ut in bello, & talem moderatur fortitudo; & talis, non alius, opponitur audaciæ.

9 *Dub.* Secundum Homerum virtus fortitudinis est immittenda iræ, vel ut ille loquitur furori, & furor illi fortitudini. Ergò non est moderatrix audaciæ & timoris solùm.

Resp. Ira immittitur fortitudini { Non ut fortitudo moderetur eam. Sed ut ira juvet fortitudinem in moderando timorem.

10 *Dub.* Item secundum Philotophum in hoc tractatu, in sustinendo tristia dicuntur fortes, propter quod est quoldam triste ipsa fortitudo, Ergò fortitudo videtur esse circa iram & tristitiam. Ergò.

Resp. Terribilia jam susceptа sunt tristia, & ista susceptio habet tristitiam annexam, & quia adhuc restat aliquid gravius, puta mors, hinc est quod fortitudo moderetur timorem, ut prævium isti tristitiæ, & ut prævium adhuc morti futuræ, nec moderetur tristitia m incidentem, nisi in quantum incidit & annectitur cum fortitudine.

☞ Fortitudo circa pericula bellica, ordinat appetitum, modus autem iste est, quia hic considerantur sex,

1 *Passiones duæ*, scilicet, timere & audere.
2 *Opera duo*, scilicet, aggredi & expectare.
3 *Fines duo*, scilicet, operare bona, puta victoriam & pacem, & declinare malum, scil. fugam, dampnosam & turpem.

11 *Dub.* Illud quod secum trahit furorem & iram non regulat appetitum, sed potius irregular & discordat, cùm furor sit maxima turbatio appetitus, at fortitudo, ut inquit Homerus, secum furorem trahit. Ergò.

Resp. Fortitudo assumens iram moderatè, per iram appetitum non deordinat pro congressu belli, quamvis enim furor non sit expediens pro studio, expedit tamen pro prælio, quia reddit hominem minus laboris sensibilem & doloris, & per consequens magis in animo confirmatum, & ita hominem reddit magis expectantem quod pertinet ad virtutem; item pro eo tempore reddit hominem magis vindicativum, & consequenter magis aggressivum & invasivum hostis, quod iterum

tum pertinet ad virtutem, & per consequens virtus fortitudinis assumens moderatè furorem, non deordinat appetitum secundum quod appetitus ad bellum ordinari debeat.

12 *Dub. Fortitudo est circa repentina*, ut dicit hîc Philosophus, sed pericula bellica non sunt repentina, acies enim & ordinatè & consultè & cautè ad bellum procedunt ergò.

Resp. In actibus bellicis sunt quædam pericula prævisa et præconsiderata, unde in sua Rhetorica dicit Cicero est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio: sunt autem alia repentina propter varios eventus belli, et de his loquitur hîc Philosophus, quòd fortitudo est circa utraque: tamen magis apparet habitus fortitudinis in repentinis quam in prævisis, tamen quia minus feriunt jacula quæ prævidentur, et magis ea quæ non prævidentur, tamen quia esse imperturbatum in repentinis, signum est habitualis electionis, in virtute cujus animus reperitur repentinis imperturbatus.

Communiter, et sic est generalis omni virtuti morali, nihil enim aliud est quam illa firmitas animi, de qua dicitur in 2. *Ethic.* quod qui studiosè operatur, firmiter et immobiliter operari debet, sicut enim requiritur fortitudo corporis ad sustinendum et portandum magna pondera, ita requiritur animæ fortitudo ad aggrediendum et operandum difficilia.

Propriè et specialiter, quæ est solùm circa pericula corporis, scil. aggrediendo, vel expectando, vel sustinendo, sicut oportet ad acquirendum vel salvandum bonum virtutis, aut ad fugiendum malum culpæ: cum enim sit triplex bonum, delectabile, utile, et honestum; et triplex malum oppositum, scil. triste, nocivum et inhonestum, et constat quod nullus homo dicitur bonus naturaliter, nisi præferat bonum honestum bono utili et delectabili: propter quod virtutes cardinales, quæ reddunt hominem simpliciter bonum, sicut necessariò tres morales, unâ confirmamus hominem ac præferendum bonum honestum bono utili, et est justitia. Secundâ firmamus hominem ut bonum virtutis præferat bono delectabili, et est temperantia. Sed tertia firmat hominem ne propter tristitias corporales in periculis eminentes amittat bonum virtutis, et incurrat in malum culpæ, et est fortitudo.

☞ Notandum quod fortitudo, dupliciter accipitur, aut quidem

☞ Notandum quod quatuor virtutes cardinales talis sunt conditionis quòd quælibet seipsum et alias tres defendit, ne per vitia iis opposita aut per passiones per eas moderabiles ipsa vel aliæ corrumpantur v. g. mu-

1 Per blanditias et lascivias, et alia hujusmodi delectationes promittentia; et ab hoc defendit seipsam temperantia.

2 Per timores, ut quod nisi fecerit verberabitur et vulnerabitur; et ab hoc defendit temperantia fortitudo.

3 Per promissiones et dona; et ab hoc defendit eam justitia, quia talis venditio injusta erit.

4 Per falsas persuasiones, quibus ostenderetur quòd ei liceret adulterari, ut puta si

lier conjugata quadrupliciter tentari poteſt ad adulterium, vel dicatur violanti fidem, licet ut eidem violetur, at maritus tuus quotidiè tibi fidem violat; et ab hac tentatione prudentiatem temperantiam defendit. Similiter etiam de tentatione aliarum virtutum poteſt exemplificari.

Bellum ſumitur dupliciter:

Propriè prout ex utraque parte eſt invaſio, & defenſio, ſcil. quòd defenſores defendendo invadunt, invaſoreſque invadendo defendunt.

Communiter, pro quacunque periculi corporis expectatione, vel ſuſceptione; ubi tamen poſſibile eſt periculo recalcitrare, aut ipſum non expectare, quoniam ſi hoc non ſit poſſibile, non habebit aliquo modo belli rationem. v. g. non dicitur bellum ſi judex ſuſpendat latronem, ſed ſi hoc fuerit poſſibile, ſcil. recalcitrare, vel fugere, tunc erit ibi bellum ſaltem ſenſus & rationis; nam ratio jubebit expectationem propter fugam turpitudinis, & ſenſus recalcitrabit, dicens, quomodo expectabo, mors imminet? non poſſum tantos ſuſtinere dolores. Si igitur bellum ſumatur primo modo, tunc fortitudo non ſolùm eſt circa belli pericula, martyres enim qui ſummum fortitudinis actum exercent plures non bellant invaſoriè, neque defenſoriè, ſed ſolùm mortem mortiſque periculum ſuſtinendo, quam incurrendo malum culpæ, negando, ſcil. fidem poſſent evitare.

Sciendum tamen, quòd licet circa talia pericula, vel circa mortem talem, quibus nullo modo poſſibile eſt obviare, non ſit principaliter fortitudo tanquam circa ſpecificum ejus objectum, tamen aliquo modo accidentaliter ipſa habet locum in talibus. Sciendum etiam quòd fortitudo non eſt circa omnia bellica pericula, ſed ſolùm circa talia quorum invaſio & expectatio ordinatur ad bonum virtutis ſalvandum, aut malum culpæ fugiendum; undè etſi quis invaſus defendat ſe viriliter, ad ſalvandum vitam ſuam, ipſe non propter hoc operatur fortitudinis actum, prout fortitudo eſt moralis virtutis; ſic enim in bello ſe haberet canis ad canem, hoc igitur naturale eſt, & non morale.

Unde patet, quòd objectum fortitudinis

Intrinſecum, ſunt timores & audaciæ.

Extrinſecum, terribile, ſicut periculum corporalis doloris illativum evitabile per turpem actum, invaſibile, aut expectabile ad bonum virtutis ſalvandum, eſt autem fortitudo virtus circa tale objectum.

Fortitudinem eſſe circa mortis periculum.

1 Quòd nullus ſit fortitudinis actus, niſi circa mortis periculum, & ſic fortitudo non eſt circa mortis periculum, quoniam mulier fortis poterit actum fortitudinis exercere, ut ſi non committat adulterium, magis eligat multa verbera ſibi illata perferre; quamvis non immineat ex iis periculum mortis. Imo putandum eſt univerſaliter, quòd patienter & firmiter ſuſtinere labores quoſcunque exceſſivos, vel quaſcunque triſtitias propter bonum virtutis ſalvandum opus ſit ſpectans ad fortitudinem.

2 Quòd

lum potest tripliciter intelligi, vel quidem

2 Quòd maximus fortitudinis actus sit circa mortis periculum, & sic dicit Arist. fortitudinem esse circa mortis periculum, cùm enim actus fortitudinis (ut omnis etiam virtutis) sit circa difficilius, ut dicitur 2. Ethic. certè maximus actus fortitudinis circa difficilimum: difficillimum autem est expectare, & sustinere mortis periculum, quia terribilissimum est mors. Ideò autem potius dicit Aristot. fortitudinem circa hunc actum esse, quàm circa reliquos, quia virtus determinatur & cognoscitur secundum ultimum in quod potest. 1. *cœli.* tamen non obstante hoc ipsa potest minus, qui enim potest levare centum, potest levare decem talenta, licet in levando decem sua fortitudo non cognoscatur.

3 Quòd omnis fortitudo sit habitus inclinans ad sustinendum quodcunque malum pœnæ, antequam aliquod malum culpæ committatur.

13 *Dub.* Fortitudo est virtus cardinalis, ergo est de necessitate humanæ bonitatis, sed plurimi sunt boni viri non habituati circa bella, ergo fortitudo non est solum virtus circa bella.

Resp. Licet multi homines boni non sunt habituati circa ordinanda bella, aut pugnandum in acie, est tamen habitualis circa moriendum in bello unusquisque bonus, verum tamen est quod non est solùm circa bellum, nota itaque quod objectum fortitudinis est

Intrinsecum, quod est timor & audacia, circa quas moderandas versatur, cùm sit eorum medium.

Extrinsecum, qd est etiam duplex, aut

Commune, & universale, quod est terribile, periculosum, aut conjunctum cum tristitiâ.

Proprium, & particulare, quod est, aut

Medium, scil. aggressio, aut expectatio, aut perpessio quæcunque laboris, aut periculi pro bono virtutis.

Ultimum, quod est etiam duplex, aut

Principale, quod est bellum circa quod versatur ferè tanquam circa specificum objectum, cùm maximus fortitudinis actus in eo cernatur potissimum, quia est cum invasione et defensione.

Minùs principale, sine invasione aut defensione, ut mors Martyrum, aut alicujus pro honestate, aut fide non resistentis.

14 *Dub.* Tullius definit fortitudinem, quòd sit *consideratà periculorum susceptio & laboris perpessio*, quod non in bello solùm cernitur.

Resp. Objectum fortitudinis { *Adæquatum*, est terribile. *Particulare*, & præcipuum est bellicum periculum.

1 *Inhonestum*, quod bono honesto repugnat, bonum verò honestum appello quidem { *Formaliter* virtutem ejusque opus. *Significativè* honorem, in quantum nobis signum virtutis est.

2 *Nocivum*, quod bono utili opponitur, quale est pecunia aliæque possessiones nummo mensuratæ; & circa neutrum horum specialiter versatur fortitudo.

3 *Triste*, qd opponitur delectabili bono, tale autem triste dupliciter accipitur, aut { Secundum quod est innatum secundum sensum, tactûs aut gustûs, per suam essentiam, cujusmodi sunt cibus, potus, venerea, &c. & circa talia est temperantia, & non fortitudo.

Ut est doloris illativum per sui præsentiam, ut sunt ægritudines, verbera, *&c.* & tunc tale quidem, aut evitare est { *In nostra potestate*, & tunc circa talium timores, & audacias erit fortitudo, erit enim habitus inclinans ad non timendum, sed audendum tristia & pericula; quorum expectatio & susceptio honesta est, & fuga turpis; interdum autem ad non audendum, sed timendum, ubi non esset honesta expectatio, neque fuga turpis.

Non in nostra potestate, & tunc circa timores talium non erit fortitudo, unde dicit Aristot. quòd non est fortitudo circa mortẽ, in mari, vel ægritudinibus: undè manifestum est quòd virtus fortitudinis specificatur, & distinguitur ab aliis virtutibus per timores & audacias, & non omnes, sed circa bellica pericula.

☞ Notandum quod objectum timoris est apparens malum futurum, unde ipsum Arist. in 2. Rhetor. definiens dicit, quòd est turbatio ex phantasia futuri mali, istud autem malum est, aut

15 *Dub.*

15. *Dub.* Fortitudo est circa tristitias dicente Arist. quòd in sustinendo tristitias fortes dicuntur, propter quod & tristis fortitudo. Etiam. Aristot. per hoc fortitudinem super temperantiam laudat, quia difficilius est tristia sustinere quàm à delectabilibus abstinere. Ergò non est circa timores & audacias.

Resp. Cum omnis virtus sit quodammodo circa delectationes & tristitias, ut dictum est, tum etiam fortitudo est quidem circa ipsas tristitias

Non *per se* ad moderandas eas, est enim solummodo tanquam moderatrix circa timores & tristitias.

Sed *per accidens*, & indirectè ad perferendas eas in quantum enim est circa terribilia, quæ innata sunt inferre tristitiam, ipsa fortitudo est inclinans ad sustinendas maximas corporis tristitias, propter acquirendum aut conservandum honestatis bonum.

16 *Dub.* Quod assumit sibi furorem non mediat inter timores & audacias, quia furor extremum audaciæ pertingere videtur, sed fortitudo assumit sibi furorem, ut allegatum est ex Homero. Ergò.

Resp. Fortitudo mediat inter timores & audacias, idque

Mediores nequaquam.

Sed *medio rationis*, ita quod tantum sumit de timore vel audacia, quantum recta ratio jubet, secundum exigentiam operis, & circumstantiarum modos, quandoque oportet maximam sibi assumere audaciam, dum tamen semper sit sub dominio rationis; ideò quandoque fortitudo assumit sibi furorem & iram magnam ad augendam audaciam.

17 *Dub.* Si sit circa timores, aut igitur circa omnes contra Aristot. vel circa aliquos & non alios, quod iterum est conveniens, quia non apparet alia moralis virtus, quæ circa illos alios versetur.

Resp. Circa timores talium quæ in nostra potestate evadere sita sunt, versatur fortitudo, circa alios autem timores aliæ virtutes versantur, ut humilitas, patientia, secura fidentia. &c.

Audacia est passio appetitûs irascibilis inclinans ad expectationem vel aggressum terribilium, timor autem est passio contraria, scil. ad non aggressum inclinans, vel ad fugam terribilium, in quibus cùm excessus & defectus dari possint vituperabiles, dari etiam potest medium laudabile, circa quod conjectandum versatur fortitudo.

18 *Dub.* Unus medius habitus debet habere solùm duo extrema vitia sibi opposita, sed fortitudo habet quatuor, scil. excessum in audendo & aggrediendo, & defectum in audendo & aggrediendo, et iterum excessum in timendo et fugiendo, et etiam defectum. Ergò fortitudo non est una virtus.

Resp. Quamvis inquit Albertus quatuor extrema ponantur fortitudinis, tamen non nisi unum medium est fortitudo, nam quamvis sit superabundans in timore, deficiens in timore, superabundans in audacia, et deficiens in audacia; tamen hæc quatuor solùm duplicis moris sunt, nam superabundans in timiditate, est deficiens in audacia, et abundans in audacia, deficiens in timore, et sic inter audaciam et timorem unica medietas est, scil. fortitudo. Non est itaque verum, quod unus medius habitus duo solùm extrema habere potest, imò infinita, scil. tot quot sunt observandæ circumstantiæ, quia secundum cujuslibet non observationem

servationem contingit peccare vel in majus, vel in minus, quas omnes circumstantias una virtus observat. Ergò est unicum medium.

19 *Dub.* Audax est idem & timidus secundum Aristot. in hoc tractatu. Ergò audacia & timor non sunt opposita.

Resp. Idem est audax & timidus, sed non respectu ejusdem actus: vel dicendum, quòd audacia in ejus extrema excellentia non pateretur secum aliquem timoris gradum, audacia tamen remissa habet aliquos timoris gradus secum conjunctos.

An Fortitudo sit virtus cardinalis?

In hac quæstione observantur tum ejus

- *Passionibus*, idque tripliciter, nempe & inter
  1. Plus & minus audere.
  2. Plus & minus timere.
  3. Audere sine metu & timere sine ausu.
- *Operationibus*, idque &
  1. Inter plus & minus aggredi.
  2. Inter plus & minus expectare.
  3. Inter aggredi sine expectatione, & expectare sine aggressu.
- *Habitibus*, idque tripliciter, &
  1. Inter audaciam, quæ est excessus in aggressu, & ignaviam quæ est defectus in aggressu.
  2. Inter timiditatem & intimiditatem.
  3. Inter audaciam & ignaviam ex una parte quæ vitiant aggressum, & timiditatem & intimiditatem ex alia parte quæ vitiant expectationem.

Ostendendo modum quo mediat *fortitudo* inter ausibilia & terribilia triplicem, scil. & in

Explicatio, quæ consistit & quidem in

Rationem, quæ in hoc consistit quòd ipsis quatuor habitis & nulla alia homo est simpliciter bonus in esse moràli, alterâ verò ipsarum non habitâ & quibuscum aliis habitis nullus est simpliciter bonus homo: ideò dicuntur principales virtutes, quia reddunt hominem simpliciter bonum.

Intellectum, & sic est illa notitia quæ nec ipsa sine bonitate appetitûs, nec bonitas appetitûs sine ipsa unquam haberi potest, quia ea simul conjunguntur semper, & hæc prudentia nominatur.

Explicando

Explicando cardinalis virtutis, tum quidem

Divisionem: notaque qd omnis actualis perfectio quæ est de necessitate bonitatis humanæ, vel perficit ipsum

Appetitum, idque tripliciter secundum tria genera amabiliũ, scil. utile, delectabile, honestum; perficit ergò appetitum vel circa

Lucrum & damnũ, aut utile & inutile, idque aut in

Dando, & expendendo, & talis est de congruitate non necessitate bonitatis humanæ, ideò nec liberalitas, nec magnificentia virtutes cardinales dicuntur.

Reddendo, & talis est de congruitate & necessitate bonitatis humanæ; & ideò justitia positiva est virtus cardinalis, unde nec avaritia, nec illiberalitas, nec parvificentia sunt in ullo casu mortale peccatũ, quam diu sunt solùm oppositæ liberalitati & magnificentiæ, nisi intrent genus injustitiæ.

Delectabile, idque dupliciter, vel

Largiendo vel non largiendo; & talis possit esse de congruitate, non necessitate bonitatis humanæ, ut amicitia, eutrapelia, &c.

Recipiendo vel non recipiendo, ut temperantia quæ est de necessitate bonitatis (non congruitatis solùm) humanæ, ideò hæc non illa cardinalis virtus appellatur.

Honestũ, perdendũ, aut retinẽdum: illud contingit dupliciter, honestum enim duo dicit, nimirum &

Honorem, quo virtus est digna, circa quem nulla ponitur cardinalis virtus, ideò magnanimitas non est nisi de congruitate humanæ bonitatis.

Virtutem, quæ honore est digna circa quam retinendum versatur virtus de necessitate humanæ bonitatis, scil. fortitudo.

Distinguendo

Distinguendo fortitudinem; ipsa enim capitur tripliciter, nempe aut

Generalissimè, pro illa firmitate cujusl bet virtutis de qua lib. 2. dicitur, quod qui operatur virtuosè operatur firmè & immobiliter, & sic non est virtus cardinalis, quia nec virtus specialis, sed conditio cujuslibet virtutis.

Specialissimè, pro fortitudine bellicosa, quæ includit ista, et

1 *Aggressum.*
2 *Expectationem.*
3 *Perpessionem laboris.*
4 *Tolerantiam doloris*:

atque ita nec est virtus cardinalis, ita tamen de ipsa hîc loquitur Philosophus.

Mediocriter, pro habitu electivo quo sustinere eligimus, et eligentes firmiter sustinemus cùm casus occurrit, omne malum pœnæ usque ad mortem, antequam deseramus virtutem, sive in bello, sive extra bellum; et ita est cardinalis virtus.

Dubitationes.

1 *Dub.* Omnis virtus est maximè circa eligibilia, cum sit habitus electivus, sed fortitudo non est maxima circa eligibilia, cum ut hîc dicitur est circa repentina, quæ non sunt eligibilia, ut 2 cap. dicitur; Ergò.

Resp. Fortitudo bellicosa est moralis virtus, et circa eligibilia, quamvis aliqua repentina occurrant, quæ ut talia non sunt eligibilia, sed ut in generali præviſa, quia ut dictum est fortis procedens ad locum belli eligit in nullo casu fugere, quomodocunque occurrant pericula belli.

2 *Dub.* Omnis virtus cardinalis est necessaria ad bonitatem hominis, sed fortitudo bellicosa non est hujusmodi, quia multi viri optimi nunquam bellum sunt ingressi. Ergò.

Resp. Fortitudo revera bellicosa, non est virtus cardinalis, sed moralis virtus.

* Advertendum quòd sicut homo per virtutes morales quas cardinales appellamus, simpliciter bonus, per alias verò non simpliciter redditur. Ita per vitia his oppositа, malus solùm secundum quid, illis verò simpliciter malus, et peccare mortaliter dicitur.

3 *Dub.* Magnanimitas non est virtus cardinalis, quia essent plures quam communiter ponuntur: magis tamen videtur de magnanimitate, quam fortitudine, quia magnanimitas est principalior et melior; quia magnanimus, ut dicit Aristot. est optimus et maximè dignus.

Resp. Magnanimus est optimus et maximè dignus, non ex appetitu honoris aut magnanimitate, sed ex cardinalibus virtutibus, quas magnanimitas præsupponit, et sequitur.

4 *Dub.* Virtutes ex eo dicuntur cardinales secundum Albertum, *quia in eis velut in cardinibus tota volvitur humana conversatio*, sed in fortitudine non volvitur tota hominis conversatio, quia ut inquit Aristoteles, fortitudo est circa mortem in bello, modo tota conversatio hominis non est circa mortem bellicam.

Resp. Non dicitur cardinalis virtus, quia circa eam versatur humana conversatio

ſatio quocunque modo, ſed quia ſuper eas humana bonitas ſuſtentatur, ſicut dictum eſt. Quod intelligendum eſt etiam de fortitudine non quidem poſitivè, quaſi tota humana bonitas in fortitudine conſiſteret, ſed negativè, quia tota conſtare perfecta ſine hac non poteſt. Vel dicendum ſicut ſupra, quòd illa fortitudo quidem bellicoſa non eſt virtus cardinalis, licet ſit moralis, ſed virtus mediocriter ſumpta juxta diſtinctionem priùs explicatam.

An fortitudo magis opponatur audaciæ, quàm timori?

☞ Notandum quòd fortitudo facit hominem decenter, & ut oportet, & ut ratio dictat, aggredi & expectare terribilia, & tantùm opponitur ei aliqua paſſio mala, quantum facit hominem deviare ab iſto fortitudinis modo; opponitur ei igitur & quidem

1 *Audacia*, quia facit pluſquam oportet aggredi.

2 *Ignavia*, quia facit, vel
- Non aggredi.
- Minus aggredi quàm oportet.

3 *Timiditas*, quia facit, vel
- Non expectare peniùs.
- Minùs quàm oportet expectare.

4 *Intimiditas*, quia facit expectare, aut
- Quod non oportet.
- Pluſquàm oportet.

Dubitationes

1 *Dub.* Cum fortitudo ſit ſecundum naturam, ut dicitur de quacunque virtute, lib. 2. cap. 1. magis opponitur ei quod eſt minus ſecundum naturam, ſed audacia eſt minùs ſecundum naturam quàm timor, pauci enim audent, plures autem timent. Ergo.

Reſp. *Audacia* non eſt minùs ſecundum naturam quàm *timiditas*, ſed minùs ſecundum defectum naturæ, virtus autem magis opponitur illi diſpoſitioni, quæ magis ſequitur non naturam, ſed defectum & caſum naturæ, cujuſmodi eſt *timiditas*.

2 *Dub.* Fortitudo magis opponitur *intimiditati*, quia illi magis opponitur, quæ tollit materiam fortitudinis, ſed talis eſt *intimiditas*, quæ tollit paſſiones, eſt enim privatio timoris, & per conſequens audaciæ, quia facit homini nihil apparere terribile. Ergo.

Reſp. Intimiditas non tollit materiam fortitudinis, quia materia fortitudinis eſt illud, quod per naturam eſt terribile omni homini intellectum habenti, quamvis iſti non ſit terribile; & per conſequens ſemper eſt materia fortitudinis per naturam.

3 *Dub.* Fortitudo maximè opponitur timiditati: illi enim diſpoſitioni maximè opponitur, quæ, ſuppoſitâ materiâ fortitudinis, omnem fortitudinis actum tollit; ſed timiditas eſt hujuſmodi, iſta enim facit hominem nihil audere, & per conſequens nihil aggredi aut expectare. Ergo.

Reſp. Timiditas non tollit per ſe, niſi actum aggreſſûs ſolùm; ſi verò interdum tollat actum expectationis, hoc eſt per accidens.

De comparatione fortis ad sua extrema. Cap. 7.

In hoc capite observantur, &

Explicatio, quæ consistit partim

In definiendo, & quidem

1 *Fortem*, qui est vir animo fidenti, qui rei honestæ causâ, prudenter, decorè, & oportunè discrimina vitæ, & fortunarum subit, quique, (ut ait Cicero) nec rebus adversis frangi, nec prosperis nimiùm æstuare solet.

2 *Audacem*, qui est vir sine consilio furens & fremens, temerè in hostem propter virium & lacertorum confidentiam irruens.

3 *Timidum*, qui est homo pavidus & meticulosus, qui pavido fractoque animo existens, omnem adversæ fortunæ fluctum timet.

In distinguendo, tum quidem

Fortitudinem, quæ capitur quatuor modis, vel pro

1 Robore corporis, & sic non est virtus morum, sed naturæ.

2 Firmitate & constantiâ animi in omni bono rationis habente difficultatem, & sic non est distincta virtus; quippe omnis virtus difficultatem in bono rationis habet, affectus enim nos sæpè ad virtutem nitentes impediunt.

3 Magnitudine animi in periculosis, sive sit, sive non sit repugnantia.

4 Habitu animi in formidolosis, in quibus est repugnantia alterius; & sic est virtus distincta.

Fortem, qui quidem dupliciter consideratur, nempe aut quidem

Naturaliter, quoad vires corporis, & sic quo quis robustior, aut valentior in pugna, eò fortior habetur in opinione multitudinis.

Moraliter, quoad virtutes animi,

Forti verò opponitur, & quidem, ut dictum est

Audax, qui est, vel

Simplex, qui sine omni circumstantiarum consideratione, more ferarum irruit in periculum, quod sentiens tandè resilire atque tergiversari conatur.

Compositus, qui præter temeritatem adeundi pericula homo impudens, superbus, & gloriosus existit.

animi, & sic is solùm fortis dicitur qui ex præscripto rectæ rationis justè, cautè, opportunè formidolosa perfert, & sustinet.

Timidus, qui est, vel
1 A naturâ, ut melancholicus.
2 Ab usu, ut mollis, qui omnem dolorem effugiens nullum omnino audet subire periculum.

Dubitationes.

1 *Dub.* Magnanimus definitionem fortis suscipit, nam ut patet lib. 4. cap. 3. nihil forti ascribit philosophus, quod non putet magnanimo ascribendum. Ergo malè definitur fortis.

Resp. Fortitudo capitur, aut
- Pro omni vitiosâ animi magnitudine in formidolosis, & sic est magnanimitas.
- Pro studioso animi habitu in periculosis, in quibus est repugnantia, & sic est distincta virtus.

2 *Dub.* Fugere licet aliquando forti, secundum Aristot. lib. 3. cap. 9. Ergo malè definitur, etenim fugere non est aggredi pericula mortis, sed evitare; sed aggredi pericula mortis est fortis munus & officium. Ergo.

Resp. Actus fortitudinis,
- *Primarii* sunt
  - Expectare hostem.
  - Aggredi periculum.
- *Minus primarii* sunt aliquando hostem & periculum fugere, quippe aliquando recta ratio fugam præscribit, & in tali distractione resistere, non fortitudinis, sed audaciæ & temeritatis habetur.

3 *Dub.* Audax perculsus tergiversatur, omneque periculum fugit, ut in hoc capite dicitur, ergo videtur malè definiri audax.

Resp. In audacia considerantur, &
- *Cæca temeritas*, quæ rapit ad periculum.
- *Natura infirmitas* animo non respondens, quæ pellit ad fugam.

An fortis sit ullo modo dicendus qui sibi consciscit mortem?

1 *Dub.* Natura Hannibali potestatem suæ vitæ frustrà non dedit, ergo licet ei eandem potestatem in seipsum exercere, ut potiùs vitam adhuc liberam veneno clauderet, quàm in manus capitalium hostium miser incideret. 2 Melius fuit Sampsoni seipsum occidere, quàm hostes Dei sustinere.

Resp. Natura Hannibali potestatem suæ vitæ dedit, ut conservaret, non ut perderet. De Sampsone autem dicendum quod unum aut alterum exemplum legem non facit, vel hoc fecit ex instinctu Dei, qui est author vitæ & mortis, cujus occulti judicii in multis non est quærenda ratio.

2 *Dub.* Conſciſcens ſibi mortem injuriam ſibi non facit, teſte Philoſopho, lib. 5. cap. 9. Ergo illud licet.

Reſp. Nego argumentum, quia etſi in aliquo ſenſu injuriam ſibi non faciat, facit tamen civitati, ideò non licet.

3 *Dub.* Conſciſcere ſibi mortem in mulieribus non eſt peccatum, ut in infantibus, in fatuis, in inſanis, in quibus tàm voluntatis quàm rationis uſus conſideratur. Ergo illis licet.

Reſp. Imò in iis peccatum eſt; licet enim intellectûs forſan & voluntatis uſus actu in iis cerni non poteſt, omni tamen homini à naturâ, hæc duo agendi principia conceduntur; licet enim ſui ſanguinis non condemno infantem, ſi ludibundus ſe cultro foderit; ita ipſum ætatulâ ab omni peccati labe excuſari non puto.

Nemo itaque ſibi mortem conſciſcere debet, & quidem quia eſt contra

1 *Naturam*, quæ certam vitæ periodum uſumque dedit, quæque jubet omnia mala, & omnem pœnam potius tolerare quàm mortem, quæ eſt naturæ malum omnium infeſtiſſimum.

2 *Leges civitatis*, quæ idipſum prohibent, quæque ſempiternam ignominiam ſui ipſorum homicidis conſtituunt.

3 *Rectam rationem*, quæ quidem jubet nos extremam deſperationem fugere.

4 *Majeſtatem ipſius divini numinis*, cujus auxilio deſperando facinoroſè diffidimus, nec non quantum in nobis eſt detrectamus.

Hæc quæſtio eſt intelligenda

Categoricè, & abſolutè.

Non *Hypotheticè*, nam ex ſuppoſitione quòd aliter civitatis ſalus rueret, liceret ſibi forſan mortem conſciſcere; vel ſi hypotheticè proponatur, intelligendum an in ita faciendo agat fortiter, non an fortis illud faciat.

De ſpeciebus fictæ fortitudinis. Cap. 8.

In hoc Capite obſervantur & quidèm

Explicatio, quæ conſiſtit in diſtinguendo fortitudinem, quæ eſt quidèm vel

Vera & politica, de quâ dictum eſt.

Falſa & analogica, cujus obſervantur,

Definitio, eſt enim facta & mentita veræ fortitudinis ſpecies, & imitatio.

1. *Civilis*, quando { Spe honoris, Metu dedecoris,

2. *Servilis*, cum { Cupiditate lucri, Timore ſervituris,

servantur &

Distinctio, est enim talis adulterina fortitudo quintuplex, aut

3. *Naturalis*, quando quidèm aut
- *Impetu naturæ*, ut in belluis,
- *Impetu iracundiæ*, ut in biliosis hominibus,

4. *Militaris*, cùm
- Nimiâ confidentiâ victoriæ,
- Stultâ experientiâ militaris scientiæ,

5. *Casualis*, quando quidèm vel
- Repentino motu animi sine consilio,
- Serâ pœnitentiâ sine remedio, quod Argivis contingit qui in Lacedæmonios inciderunt,

pugnantur.

Dubitationes.

1 *Dub.* Metus repugnat fortitudini. Ergò nulla fortitudo proficiscitur à metu.

Resp. Metus
- *Doloris* opponitur fortitudini.
- *Dedecoris* aut servitutis non opponitur.

2 *Dub.* Cæcus amor alique multi affectus & perturbationes animi æque fortes efficiunt ac ira, ut patet in textu per exempla perditè amantium & potantium nimis. Ergo plures assignari debent fortitudinis species.

Resp. Non tam aptè ab aliis affectibus ac ab irâ fortes dicimur, quippe ira est velut tæda & stimulus veræ fortitudinis. Vel dicendum, quòd etsi alia possint assignari genera, tamen ad hæc quinque commodè reducuntur.

3 *Dub.* Audaces & fortes opponuntur, sed qui furore perciti pugnant, sunt audaces.

Resp. Audaces & fortes
- *Veri* opponuntur.
- *Ficti* non opponuntur.

☞ Notandum quod ira est alia
- *Furiosa*, quæ non augmentat, sed evertit fortitudinem.
- *Moderata*, quæ est aculeus fortitudinis, & propter
  1. *Æstum naturalem*, quem concitat.
  2. *Appetitum vindictæ*, què ingenerat.
  3. *Vires corporis* quas confirmat.

4 *Dub.* Militaris fortitudo majori experientiâ & prudentiâ in pugnando utitur quàm civilis, ut est in textu. Ergo falsò dicitur in textu quod civilis aptissimè fortitudini veræ assimulatur.

Resp. Non

Resp. Non est vera prudentia in illâ militari fortitudine, sed ementita cum fallaci experientiâ conjuncta, unde nascitur animi confidentia, quæ plurimos in pistrinum trahit: at in civili illâ est, & in periculo aggrediendo & in honore expectando quædam veræ fortitudinis imitatio.

5 *Dub.* Ira non subjicitur imperio rationis, ut ex ejus definitione in textu patet. Ergo non est aculeus veræ fortitudinis.

Resp. Ira { *Moderata* subjicitur, / Non *immoderata*.

An fortior sit qui sine animi perturbatione in subitis & repentinis periculis versatur, quàm qui præmeditatus ad pugnam venerit?

☞Nam disertis verbis dicit Philosophus magis in repentinis quàm prævisis vitæ periculis fortem haberi.

Dubitationes.

1 *Dub.* Definit Cicero fortitudinem, ut sit considerata periculorum susceptio & laborum perpessio. Similiter habet in suis officiis Ambrosius, quod fortis viri est non dissimulare cùm aliquid imminear, sed prætendere, & tanquam de speculo mentis quid sit futurum prævidere. Dictum etiam illud Senecæ notum est, prævisa jacula minùs feriunt, etiam paulò antè philosophus ipsum fortem appellat, qui considerate pugnat.

Resp. Consideratur fortitudo vel { *Absolutè*, quoad essentiam, & sic magis cernitur in prævisis & præmeditatis periculis vitæ, quàm in subitaneis, & sic testimonia priùs adducta sunt ponenda. / *Respectivè* quoad existentiam, & sic postulante necessitate pugnandi magis in repentinis cernitur, idque & propter { Metum depulsum, / Periculum susceptum. / Honorem sibi inde comparatum.

3 *Dub.* Absolutè est fortis qui subitâ necessitate coactus, pro aris, pro focis, pro civitate pugnat, quia secundum habitum virtutis pugnat, quò deficiente fuga potius, quàm pugna sequitur. Ergo ipse absolutè fortis dicendus est.

Resp. Ineſt quidèm ita pugnanti verus fortitudinis habitus, at hic tamen { *Actus*, Non *Habitus* } { *Modus*, Non *Natura* } Fortitudinis spectatur: nam in textu nomen habitûs pro actu sumitur.

De adjunctis fortitudinis. Cap. 9.

In hoc capite observantur

Explicatio, quæ consistit & in
- Explicando modum quo fortitudo & res tristis & delectabilis dicitur, est enim res
  - *Tristis*, tum respectu
    1. Subjectæ naturæ quæ abhorret mortem.
    2. Objectæ materiæ, quæ infert periculum.
    3. Medii, nempe laboris, qui parit dolorem.
  - *Delectabilis*, & quidem propter
    1. Virtutis habitum, quo fortis excellit.
    2. Civitatis bonum, quod solum quærit.
    3. Honoris præmium, quod inde requirit.
- Distinguendo officia fortis, sunt enim duplicia, quædam
  - 1 *Propria* quidem, & sunt tria, nimirum
    1. Cunctando rem peragere non sine consilio.
    2. Aggredi periculum non sine prudentia.
    3. Hostem percutere non sine justitia.
  - 2 *Communia*, quæ sunt
    1. Expectare hostem.
    2. Sustinere plagam.
    3. Fugam cum ratio jubet arripere.

Dubitationes.

1. *Dub.* Omnis actio virtutis debet esse jucunda & delectabilis *lib. 1. cap. 8. tex. 8 Eth.* ergò actio fortitudinis non debet esse molesta.

Resp. Actio fortitudinis vel est
- *Interna* respectu habitûs, & sic quia est laudabilis, & jucunda habetur.
- *Externa*, respectu mortis aut periculi aut formidolosi, & sic res tristis appellatur.

2. *Dub.* Facilius est hostem apertum vincere, quam dissimulantem amicum: ergò facilius est patentem dolorem vincere, quàm latentem voluptatem superare.

Resp. Longè difficilius est dolorem sustinere, quàm voluptatem supprimere
- Respectu teneræ mollisque naturæ, natura enim abhorret dolorem, voluptatem sequitur.
- Non respectu animi fortis et habitus fortitudinis.

Difficilius est dolores quam voluptates supprimere respectu &
- *Naturæ*, quæ omnem dolorem ut hostem fugit, quæque voluptatem amplectitur.
- *Periculi*, quod inde evenit; quippe dolor timorem, timor mortem, mors naufragium vitæ, naturæ, & voluptatis infert.

In morte fortis vehementer dolet { Partim *respectu naturæ*, quæ mortem in omnibus, quodam instinctu effugere contendit. Maximè *respectu patriæ*, cui diutius non inserviat.

An fortitudo principalius se habeat ad actum aggressûs quàm expectationis.

In ferendo & expectando magis cernitur, ut hic ait Arist. & respectu {
1 *Denominationis*, quia ferendo pericula fortes denominantur.
2 *Præmii*, quia justiores laudes recte ferenti, quàm percutienti attribuuntur.
3 *Difficultatis*, quia fortis expectatio moderatur timorem mixtum cum labore & dolore, & fortis aggressus moderatur audaciam: at est difficilius moderari talem dolorem quàm audaciam, & quia { Homo naturaliter plus habet timoris, quàm audaciæ. Periculum imminens adauget timorem, & minuit audaciam quantum est ex parte sui.
4 *Honestatis* majoris, quoniam, { *Expectare* tendit immediatè ad honestatem servandam. *Aggredi* immediatè tendit tanquam in finem in temporalem utilitatem, scil. in victoriam & pacem temporalem, licet ista ex consequenti, ordinentur ad honestatem servandam, ne per turpitudinem fugæ maculetur: quare honestius est expectare post aggressum, quàm aggredi ante expectationem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Uti viribus est melius quàm possidere, sed ferire hostem est uti viribus, ferre autem est nihil aliud quàm possidere, ergò ferire est melius quam ferre & possidere.

Resp. Nego minorem; nam ferre non est solùm possidere aut pati, sed etiam vires tam animi quam corporis oportunè & convenienter, sapienterque exercere.

2 *Dub.* Plus laudis animosè aggredienti attribuitur, quàm sustinenti hostem, ergò melius est aggredi quam sustinere.

Resp. Vulgò & popularitèr id fit, non justè, & sapienter: judicio enim sapientis non plus fortiter aggredienti, quam laudabiliter hostem sustinenti, laudis attribuitur.

Expectare est uti { *Virtute.* Non *corpore.*

3 *Dub.* Virtuosius est bene agere quàm bene pati: sed aggredi est bene agere, expectare est bene pati; ergò

Resp. Est

Resp. Est virtuosius,
- Bonum,
  - Bene agere.
  - Quàm bene pati.
- Malum,
  - Bene pati.
  - Quàm bene agere.

4 *Dub.* Virtuosius est operari bona quam non operari turpia, sed aggredi est operari bona, expectare autem est non operari turpia, puta fugam &c. Ergo.

Resp. Si bona operata & mala non operata sint directè opposita, tunc utilius operari bona, quàm non operari turpia, sed si bona sint temporalia commoda, & turpia sint opposita bonis honestis, non est verum, non enim est virtuosius operari bona utilia, quàm non operari inhonesta & turpia.

In rebus bellicis consideratur
- *Eventus & commodum*; & quantum ad hoc magis laudantur aggredientes fortiter.
- *Virtus & modus*; & quantum ad hæc magis laudatur expectans sapienter.

5 *Dub.* Virtuosius est quod utilius est, sed aggredi & percutere est utilius victoriæ, quam expectare & percuti. Ergò.

Resp. Non semper est virtuosius quod utilius; *Nihil enim*, ut inquit Philosophus, *prohibet milites non existentes virtuosos & fortes, esse optimos utilissimos pro communi bono defendendo & agendo.*

6 *Dub.* Virtuosius est illud quod est difficilius, sed difficilius est aggredi quàm expectare, quicunque enim quantumcunque fessus & fatigatus potest expectare, non tamen aggredi. Ergò.

Resp. Arguitur major difficultas
- In corpore.
- Non in anima, quæ sola per se ad moralem pertinet.

An mors potiùs forti sit eligenda quàm fuga, ubi per talem fugam possit servare vitam.

Ex fuga fortis aut quidem sequitur
- Ruina
  - 1 *Reipublicæ.*
  - 2 *Religionis.*
  - 3 *Honestatis*, & in tali causa mors potius est expectanda quam fuga, sic enim mortem fugiendo scelus committitur.
- Salus
  - 1 *Civitatis.*
  - 2 *Exercitus.*
  - 3 *Suaque vitæ*, & tali causa laudatur fuga, quippe stultum & turpe esset mori, si plus commodi ex ejus vita quàm morte Respub. sit habitura.

Dubitationes.

1 *Dub.* Mori ipsam hujus vitæ fœlicitatem tollit, ergò mors nunquam est forti eligenda.

Resp. Mori { *Existentiam & actum,* Non *essentiam & habitum* fœlicitatis tollit, imò sic mori est optimus actus beatæ vitæ & fœlicitatis.

2 *Dub.* Nulla virtus tendit ad perniciem naturæ, est enim naturæ perfectio & conservatrix, ergò fortitudo non flectit hominem ad mortem, quæ est naturæ dissolutio.

Resp. Naturæ in homine duæ sunt partes, { *Corpus,* cujus perfectio est situs & ornatus partium qui morte corrumpitur. *Animus,* cujus etiam perfectio ipsa virtus, quæ honestâ morte magis perficitur.

3 *Dub.* Semper ex duobus malis minus eligendum est, sed fugere & salvari est minus malum, quàm mori, quia pauciora bona amittit qui fugit, quàm qui moritur.

Resp. Minor falsa est, nam si loquor de bono { *Proprio,* certum est melius esse homini insigni virtutis actione vitam claudere, quam diutius eâdem uti cum dedecore, præsertim cum adhuc fruatur fœlicitate. *Alieno,* & inde salutem civitati adducere, & exemplum virtutis aliis relinquere potest, quod si nullum inde bonum civitati cõsequatur, fugere quàm mori est optabilius.

4 *Dub. Magis eligibile est delectabilium minùs eligibili, & minus triste magis tristi.* 2. *Rhet.* sed minus triste est fugere quam mori, quia in morte est maxima tristitia, non modo sensus, sed etiam & intellectus specialiter in virtuoso, quia dicit Aristot. *quanto fœlicior sit, tanto in morte tristior,* tali enim maxime dignum vivere.

Resp. Fugere delectabilius est & minus triste, verum quidem illud est apud { *Sensum* tum bonorum, quàm malorum. *Intellectum* solum malorum non bonorum, & in virtute perfectorum, quia tales semper in majori bono magis gaudent; concedo tamen quod illi in morte quandam tristitiam suscipiunt. sed tamen plus delectantur in opere virtuoso, quod exercent, quàm in morte tristentur.

5 *Dub.* Nulla operatio virtutis est, quæ non est aut fœlicitas aut ordinata ad fœlicitatem: sed mors omnino opponitur fœlicitati, & destruit eam: igitur mori non potest esse opus virtutis, & sic nullo modo eligendum est mori.

Resp. Si mors capiatur pro { Instantaneâ corruptione vitæ, tum non est virtutis actio. Expectatione hujus corruptionis, ut publica salus conservetur, potius quàm mors retardetur; & sic est summa vitæ politicæ fœlicitas, quia est actus maximus virtutis.

An si non esset alia vita, fortitudo inclinaret ad expectationem mortis.

Dubitationes.

1 *Dub. Nihil,* inquit Aristot. *videtur mortuis esse bonum aut malum*: hujusmodi tamen expectatio mortis secundum Aristot. est subeunda. Ergò, si non esset alia vita tamen, secundum Aristot. mors esset expetenda.

Resp. Philoso-

Resp. Philosophus ponens expectationem mortis esse operationem virtutis, sensit implicitè aliam vitam esse; dicens autem quod nihil videtur mortuis esse bonum, aut malum, loquitur de visione vulgari non suâ: ipse namque dicit *quod boni & studiosi morientes, elegunt magnum bonum sibi-ipsis infra*: lib. 9. cap. 9. circa finem.

2 *Dub.* Videmus quædam animalia quorum non est alia vita, expectare mortem pro defensione prolis suæ, quare multo magis homo debet eam expectare pro salute virtutis suæ.

Resp. Animalia morientia pro salute prolis non moriuntur ex electione mortis pro salute prolis, sed moriuntur ex passione furoris, quam excipiunt ex amore prolis, & hoc modo multi homines ex passione tunc moreientur, sicut & nunc moriuntur, sed tunc nullus ex electione virtutis.

An fortis in omni actu fortitudinis delectetur?

In hac quæstione observatur, &

Explicatio, quę consistit in distinguendo actus fortitudinis: nam eorum quidam sunt

- *Principales*, ut sunt
  - Aggredi audibilia.
  - Expectare terribilia.
- *Accessorii*, ut labores armorum, & discursuum, & pugnæ, & vigiliæ, & multiplicis angustiæ sustinere, & dolorem verberum, & vulnerum tolerare.

Fortis itaque pro

1 *Aggressu* habet bonam fiduciam, ipsa enim reddit aggressum bonum, non desperatum; sicut enim fiducia se habet respectu boni obtinendi, sic fidentia respectu mali repellendi.

2 *Expectatione* habet constantiam, quæ contra timorem reddit expectationem bonam & firmam, & fortem instupefactum.

3 *Labore* habet strenuitatem, quæ reddit perpessionem laborum bonam & acutam, & modo humano indefatigabilem.

4 *Dolore* habet patientiam, quæ tolerantiam dolorum reddit bonam & imperturbatam; nam tristitia rationem turbat: patientia autem tenet rationem in statu ordineque suo, ne appetitus doloribus offensus, turbet & confundat seipsum, & rationem.

Dubitationes.

1 *Dub.* Dicit Arist. quod in sustinendo tristia fortes dicuntur, propter quod & triste fortitudo: dicit etiam Arist. quod non contingit in omni virtute delectabiliter operari; præterquam in quantum finem attingit, quamvis autem fortitudinis fine sit delectabilis, dicit tamen Arist. quod à superexcellentibus dolotibus evanescit illa delectatio.

Resp. In opere fortitudinis fortis quoad aliqua delectari, quoad alia tristari

poteſt; nam ſimul in eodem actu congregari poſſunt aliquæ rationes bonitatis, & aliquæ malitiæ ſicut dictum eſt; ſtudioſus autem in bonis delectatur, & triſtatur in malis; ad hoc autem quod dicit Ariſt. delectationem propter fortiſſimos labores ſenſus evaneſcere, dicendum quod in homine perfecto quam diu ſenſus poſſunt intellectui miniſtrare, nunquam delectatio in opere virtutis tota evaneſcit; cum præ dolore tamen aut læſione organi miniſterium ſenſus minus ſufficiens fuerit, decreſcit & deficiet actus intellectus, & ſic delectatio.

2 *Dub.* Si ſuſtinendo mortem fortis delectaretur, eſſet aut propter virtutem, aut virtuoſi operis acquiſitionem, aut exercitium; ſed ob hoc delectari non debet, quia in ſuſtinendo mortem ea non acquirit, ſed totum amittit.

Reſp. Fortis in ſuſceptione vulnerum, & expectatione mortis propter virtutem, conſervat virtutem uſque ad mortem, & exercet opera virtutis quam diu ratione uti poteſt, ac eo ipſo delectatur, in puncto tamen mortis ſi non fuerit uſus rationis, evaneſcit delectatio.

3 *Dub.* Eodem actu non acquirit quis bonum virtutis, eodemque privatur, ſed in ſuſtinendo mortem fortis privatur bono virtutis. Ergo.

Reſp. Non acquiritur & perditur eodem actu, cum nimirum { Acquiratur expectando mortem. / Perdatur ſuſtinendo mortem.

4 *Dub.* Delectatio in actu fortitudinis eſt quidam actus fortitudinis, ergo ſi fortis delectaretur in omni actu fortitudinis, delectaretur in illa delectatione, & ſic in infinitum.

Reſp. Delectatio ſequitur cognitionem, & non oportet fortem in delectatione delectari, niſi per actum reflexum cognoverit, & judicaverit quod illa delectatio eſt bona, ſed ipſe ſolum delectatur in omni actu illo quem ſcit eſſe bonum.

An forti liceat hoſtem fallere?

☞ Notandum quòd fallere contingit dupliciter: { Cum *violatione fidei*, & ſic non licet, eſt enim viri fortis potius ad tormenta redire cum Regulo, quàm fidem fallere cum ignominia. / Cum *ſtratagemate belli*, & ſic licet: { 1 Quia natura jubet, ut ſe defendat. 2 Quia patria jubet, ut hoſtem pellat. 3 Quia lex belli jubet, ut fortis inſidias adverſus hoſtem injuſtum ſtruat.

1 *Dub.* Inſidiæ non ſunt ſine fraude, at fraus non eſt ſine vitio, ergo hoſtem inſidiis fallere & adoriri verè forti non licebit.

Reſp. In bello vim vi repelliere, docuit natura, vim arte aliquando vincere docuit experientia. ſunt ergo inſidiæ quædam in quibus intenditur turpitudo, & hæ ſunt malæ; ſunt quædam in quibus intenditur vitæ & patriæ conſervatio, & hæ ſunt bonæ, quæ recte ſtratagemata appellantur. Inſidiæ enim tum propriè

priè dicuntur, cum injustè; stratagemata vero tum solum, cum justè contra immanitatem hostis fiant.

De Temperantia. Cap. 10.

In hoc capite observantur, &

Explicatio, quæ consistit, et in

- Distinguendo temperantiam, capitur enim, vel.
  - *Generaliter*, pro moderatione omnium actionum humanarum, quæ cum voluptate copulantur, & sic in objectis omnium sensuum versari dicitur.
  - *Specialiter*, & propriè pro moderatione voluptatum, circa objecta gustus & tactus, & sic hoc in loco proprie definitur; licet itaque alii sensus suis objectis delectentur, ut aures fabulis, & oculi picturis; tamen in illis solum per se, in his autem per accidens versatur temperantia.
- Definiendo temperantiam, quæ definitur apud
  - *Senecam*, habena voluptatis.
  - *Boëtium*, casta humanæ vitæ moderatrix, & magistra.
  - *Aristotelem*, virtus animi inter voluptatem & stuporem naturæ posita, quæ linguam & manum, id est, gustum & tactum in suis objectis moderatur.
- Ostendendo, quæ in temperantia considerari solent, quæ sunt sex, nempe
  - 1 *Natura*, quæ est, vel
    - *Communis*, & sic in omnium virtutum actionibus cernitur.
    - *Propria*, & sic in objectis gustus & tactus solum versatur.
  - 2 *Oppositum*, quod est quidem, aut
    - *Intemperantia*, seu libido in excessu.
    - *Stupiditas* naturæ, et consuetudinis in defectu.
  - 3 *Objectum*, quod est, aut
    - *Proprium*, et per se, ut voluptas gustus et tactus.
    - *Commune*, et per accidens, ut turpiloquium, quod per auditum veneris idolum, quod per aspectum animum inficit et inquinat.
  - 4 *Pars*, ut
    - *Verecundia*, per quam turpia fugimus.
    - *Honestas*, per quam decorum observamus.

5 *Officium*,

- 5 *Officium*, quod est
  - *Confligere* cum voluptate et dolore.
  - *Abstinentiam* in cibo potuque exercere.
  - *Stimulos concupiscentiæ* in delitiis veneris refrænare.
- 6 *Species*, quæ sunt quinque:
  - 1 *Abstinentia*, circa cibum.
  - 2 *Sobrietas*, circa vinum.
  - 3 *Pudicitia*, circa osculum et amplexum.
  - 4 *Castitas*, circa venerem.
  - 5 *Virginitas*, circa intacti pudoris institutum.

Dubitationes.

1 *Dub.* Omnis virtus est habitus animi rationis particeps: sed temperantia non est habitus animi rationis particeps; nam in principio hujus cap. docet Arist. quod fortitudo et temperantia simul tractari debeant, quia sunt earum partium animi, quæ sunt rationis expertes.

Resp. Sunt quidem illæ earum partium animæ, quæ sunt rationis expertes, tanquam
- *Objectorum*, quia officium est fortitudinis irascibilem, temperantiæ concupiscibilem appetitum imperio rationis subjicere et edomare.
- Non *subjectorum*, quia in iis animæ partibus non sedeant, quæ sunt penitus rationis expertes; subjectum autem earum constituimus voluntatem.

2 *Dub.* Temperantia est virtus animi, ergo voluptates animi refræner. falsum est ergo quod dicitur in textu, quod versatur solum circa voluptates corporis, non animi.

Resp. Circa voluptates corporis solum,
- Non *absolutè* versari dicitur.
- Sed *per se*, et *primariò*.

3 *Dub.* Voluptates animi sæpe immaniores sunt quam voluptates corporis: Ergo in illis potiùs moderandis per se, quàm in voluptatibus corporis versaretur temperantia; ratio est quia virtus circa difficilius versatur.

Resp. Nego argumentum, quia libido ista animi, ex infectâ radice, (id est) concupiscentia corporis nascitur, per accidens autem attingit animum.

4 *Dub.* Thaidis fama nocuit Demostheni, etsi nunquam viderit, memoria amplexus novas flammas excitat, etsi externa objecta gustus et tactus desint: phantasia denique in somno aliquando faces libidinis incendit, etsi gustus et tactus obdormierint, ergo interni etiam sensus, ut memoria et phantasia pestifero habitu libidinis inficiuntur. Unde sequitur quod opus sit temperantia non minus in his internis, quàm illis externis sensibus moderandis.

Resp. Istud venenum in internis potentiis animi cernitur, at ab externis sensibus in eos transfunditur, quare etsi aliquando consopitis externis sensibus phantasia

tasia aliquando ad turpitudinem nos in somno alliciat, turpis tamen et voluptuosa actio suam originem ab ipsis sensibus externis primùm infectis hausit.

5 *Dub.* Stupor naturæ in nullo tantus est, quin interdum telum cupidinis sentiat, ergo male definitur temperantia medium inter excessum voluptatis, & insensibilitatem.

Resp. Non quid sit, sed quid possit esse hoc loco quæritur, potest quidem fieri, ut aliquis in usu, modo, ordine voluptatis deficiat; & hic in stupore peccare dicitur: stupor enim hoc loco non privatio, sed defectio legitimæ voluptatis definitur.

6 *Dub.* Virtutes morales in medio consistunt, temperantia autem non; quia dicit Arist. quod minus est circa tristitias, & magis circa delectationes.

Resp. Medium virtutis attenditur.
- Non secundum æqualem distantiam ab extremis.
- Sed secundum passionis, vel operationis conformitatem ad rectam rationem: nec medium aliquo modo mensuratur secundum recessum ab extremis; sed respectu ejus habitudinis ad rectam rationem.

7 *Dub.* Nulla virtus moralis est contra inclinationem naturæ, ut 2. lib. dicitur, sed temperantia est contra inclinationem naturæ, quia reprimit delectationes ad quas inclinat natura, sicut patet ex definitione delectationis, 1. Rhet. ubi dicitur quòd *delectatio est constituta simul tota in existentem naturam*, tum quia tristitia est contra naturam dicente Aristot. in 3. lib. quod *tristitia stupefacit, & corrumpit naturam habentis*, ergo contraria ei delectatio est secundum naturam.

Resp. Natura est alia quidem
- *Vera*, quæ est principium motûs & quietis. 2. Physic.
- *Analogica*, quomodo naturæ dici possunt dispositiones nobis à natura inditæ, inclinantes homines ad alias, & alias operationes & passiones; vel etiam ad alios, & alios operationum modos, quia ad modum naturæ inclinant; & de tali natura non est verum, quod nullum naturâ existentium aliter assuescit. ideo virtutes morales, nec sunt secundum primam naturam, nec è contrà. Omnes itaque delectationes secundum aliquam naturam sunt naturales, sed multæ tales valde pravæ esse possunt: scil. si sint secundum dispositiones, vel habitus pravos, & illas reprimit temperantia.

Insensibilitas oritur quidem partim ex malitia cõplexionis,
- 1 Ex falso judicio intellectûs, quod delectationes cibi & potûs sint prorsus abjiciendæ, & hoc sicut est judicatum potest voluntas eligere, & multotiens illud faciens, habitum inde suscipit.

Et hoc vitium est valde malũ, quia est contra, &
- 1 *Bonos mores*, quia impedit actum prudentiæ, tum scil.
  - 1 Quia temperantiæ opponitur.
  - 2 Quia corporis naturam gravat, quâ gravatâ organa sensuum, & ipsi sensus interiores & exteriores pejùs disponuntur, pejúsque deserviunt rationi, unde omnium virtutum actus pejores evadunt.

& partim ex infecto rationis judicio, partim dico { 2 Ex innaturalitate complexionis; ipsa enim multùm juvat ad inclinationē hujusmodi ad judicia erronea, & vitiosas electiones. 3 Ex infecto cibo, ad quem quis fuerit assuetus, quo non appetit quod appetendū esset ad debitam naturæ sustentationem, & ad decentem vitam. }

Naturam ipsam; tum quidem { 1 *Vegetativam*, in capiendo alimentum minus debito. 2 *Sensitivam*, in minus debito concupiscendo, & delectando. 3 *Rationalem*, quia ratio jubet quod oportet, & quantum oportet, & ita de aliis omnibus circumstantiis, in quarum multis peccare facit insensibilitas.

Insensibilitas minus est vitiū quam intemperantia ipsa, tum { 1 Quia minus opponitur temperantiæ, ut in lib. 3. dicitur. 2 Quia ab insensibilitate facilius est redire ad temperantiam, quia ad redeundum juvat naturalis inclinatio appetitûs ad delectationes. 3 Quia minus tollit usum rationis.

8 *Dub.* Majus est vitium quod peccat contra naturam vegetativam, sensitivam, & rationalem, quale est insensibilitas, quàm quod peccat contra rationalem solùm, quale est intemperantia.

Resp. Intemperantia similiter peccat contra naturam, tum quidem { *Sensitivam*, quia inficit appetitum sensitivum. *Vegetabilem*, quia nulla potest fieri digestio tanti cibi vel potûs, unde graves infirmitates eveniunt, & licet contra neutram harum peccaret, tamen quia virtutes inferiores nullius sunt nobilitatis comparatione ad virtutes superiores, ideo vitium majus esse quod peccaret valde contra rationem, quam illud quod minùs peccaret contra rationem, licet plus contra virtutes inferiores.

9 *Dub.* Vitia possunt homini contingere, cum sint in potestate nostra 3. lib. cap. 5. sed insensibilitas tactûs & gustûs, si diu debeamus vivere non possunt homini convenire, quia tactus & gustus sunt necessarii ad vitam. Ergo.

Resp. Insensibilitas consistit { Non in tota extirpatione sensûs & appetitûs sensitivi. Sed pro habitu gustum & tactum inclinante ad carentiam talis delectationis.

10 *Dub.* Si insensibilitas sit possibilis, tum consistit in minus concupiscendo, & minus delectando, quam sit necessarium naturæ, sed hoc non est in potestate nostra, quia fames quæ est concupiscentia cibi necessarii ad vitæ conservationem, & ita sitis respectu potus: at fames & sitis non sunt in nostra potestate. Ergo.

Resp. Licet famescere aut sitire in nostra potestate non consistat, tamen in nobis est, minus accipere de cibo, vel minus delectabile quàm exigeret natura, vel

vel ſtatus perſonæ, & ex tali aſſuefactione poſſibile eſt, quod fames & ſitis non fiant in nobis ſecundum exigentiam illius modicæ ſumptionis, & quod in majori non delectaretur appetitus.

11 *Dub.* Secundum Ariſtot. in hoc libro, concupiſcentiæ communes & propriæ ſunt naturales & convenientes omnibus. Ergo non ſunt in noſtra poteſtate.

Reſp. Concupiſcentiæ, & paſſiones ſunt
- *Naturales*, quantum ad eſſe earum.
- *Poteſtate noſtra*, quantum ad
  - Modum & gradum,
  - Operationem earum.

12 *Dub.* Non eſt vitium quod eſt neceſſarium homini bene diſpoſito ſecundum virtutem, ſed tale eſt inſenſibilitas; ſed inſenſibilitas, quæ conſiſtit in exterminatione delectationum ſenſualium, eſt opportuna homini bene diſpoſito, ſicut dicit Ariſt. in *de morte ſua*, quod *Philoſophus purus & perfectus mortificavit omnia deſideria ſua in comeſtione & coitu, &c.*

Reſp. Inſenſibilitas non eſt bono homini opportuna, deſideria autem ſua mortificavit Philoſophus:
- Quantum ad deformitatem eorum reſpectu rectæ rationis, ut ipſa rationis imperio ſubjiciat.
- Non quantum ad totam eſſentiam eorum, nam hoc non eſt ſapientis.

13 *Dub.* Non eſt vitium quod prodeſt ad acquiſitionem virtutis, ſed inſenſibilitas quæ conſiſtit in tota fuga delectationum, vel in multa fuga valet ad acquiſitionem virtutis dicente Ariſt. 2. Ethic. Quod ſi velimus acquirere virtutem, debemus nos habere ad delectationem, ſicut ſenes plebis Trojanorum ſe habebant ad Helenam, qui non ſolùm nolebant eam tangere, imo nec videre.

Reſp. Inſenſibilitas non prodeſt acquiſitioni virtutis, loquitur autem ibi Ariſt: de delectationibus exceſſivis, non de his quæ conveniunt ad naturæ ſuſtentationem, & honeſtatem ſtatûs.

14 *Dub.* Omne vitium habet in nobis aliquid motivum, quod pervertit judicium rationis, & electionem voluntatis, *cum ratio ad optima ſemper deprecetur* 2. *Eth.* ſed nullum eſt in nobis motivum ad inſenſibilitatem; non enim ratio propter rationem dictam, nec voluntas quia illa ſemper ſequitur judicium rationis, nec ſenſus aut appetitus ſenſitivus, quia ille inclinatur naturaliter ad delectationes ſenſuales. Ergo.

Reſp. Motivum contingit & quidem ex parte
- *Rationis*, quia licet perſe ſemper ad optima deprecatur, tamen per accidens ſeu propter diminutam inquiſitionem, aut ſophiſticam rationem in malum trahitur.
- *Malæ complexionis.*
- *Corrupti cibi, & potûs &c.*

15 *Dub.* Nullo vitio uti bene contingit, ſed contingit bene uti inſenſibilitate pro contemplatione. Ergo non eſt vitium.

Reſp. Minor negatur, nam licet concupiſcentia effrænata, & deformis rectæ rationi impediat ſpeculationem, non tamen illa quæ rationi ſubjicitur, at inſenſibilitas in contemptu utriuſque conſiſtit.

Temperantia est circa delectationes id tamen
- Non omnes quia non circa proprias delectationes Visûs, Auditûs & Olfactûs ut Arist: in textu dicit.
- Sed solùm circa delectationes
  - *Gustûs*, easque
    - Non *propriè*, ut per se & absolutè considerantur.
    - Sed *comparatè*, in quantum gustus quidam tactus est, & in ipsum reducitur: est tamen magis circa delectationes gustûs quam visûs, auditûs, aut olfactûs; tumquia gustus est quidam tactus; tum quia gustus est maxime præjudicativus convenientiæ cibi & potus, circa quas sunt temperantia & intemperantia, propter quod & gustus post tactum est maxime necessarius, & animalibus communissimus, unde Arist: dicit quod circa tales delectationes temperantia est in quibus omnia animalia communicant.
  - *Tactûs*, quæ solum per se, cætera gratiâ ipsarum respiciuntur à temperantia: notandum tamen quod temperantia, est circa aliorum sensuum delectationes, prout ad delectationes, & concupiscentias tactûs referuntur; eò quòd visus pulchræ mulieris aut auditus cantilenæ ejus possunt nos ad coitum, commovere; similiter odores dulces possunt nos provocare ad gustum, cum ergo virtus moderans circa finem, debet moderari circa ea quæ ordinantur ad finem, sequitur quod etiam circa delectationes aliorum sensuum, quàm tactûs aut gustûs moderetur temperantia, licet illud per accidens fiat.

16 *Dub.* Circa delectationes aliorum sensuum est dare virtutem moralem, ubi enim est dare medium laudabile, & extrema vituperabilia, ibi est dare virtutem moralem, at non aliam quam temperantiam, ergo temperantia non est solum circa delectationes gustûs & tactûs.

1 *Resp.* Delectationes aliorum sensuum considerantur dupliciter, scil: vel
- *Absolutè* & per se, & sic circa eas aliæ virtutes ut supra Lib: 2 cap. 7.
- *Comparatè* in quantum ordinentur ad delectationes gustûs aut tactûs, & sic circa eas est temperantia.

2 *Resp.* Vel dicit Albertus, quòd licet sint virtutes quædam morales moderantes eas, eis tamen non sunt imposita nomina, vel quia
- Non est difficile tales delectationes moderari.
- Non est valde rationi deforme tales delectationes consequi, ideo eas non curavit explicare Arist.

17 *Dub.* Magis indigemus virtute morali ad moderandas delectationes, quæ magis

magis innatæ sunt capere augmentum, quia illæ possunt magis superabundare, & per consequens esse magis vitiosæ, sed tales sunt delectationes visûs, ipsum enim inter cæteros sensus magis diligimus, ut in proœmio Met: dicitur, sed delectationes innatæ sunt augeri circa id quod magis diligimus: nam ut dicitur 1. Lib: *unicuique delectabile illud quod ab eo amatur.*

Resp, Delectationes talium sensuum considerantur vel ut
- Sequuntur cognitionem, & sic circa ipsas est alia virtus moralis.
- Ordinantur ad tactum & gustum, & sic illas moderatur temperantia.

18 *Dub.* Circa quamcunque materiam operatur virtus salvata, operatur & virtus salvans; sed prudentia operatur circa alias præter tangibilem & gustabilem, quia *universaliter circa omnia humana bona vel mala*, Libr 6. & ipsa salvatur per temperantiam dicente Philosopho, *Quod temperantiam vocamus nomine prudentia, quia talem salvat æstimationem* Lib: 6. Ergò

Resp. Virtus salvans communicat in materia cum virtute salvatâ pro quanto salvat eam, & ubi salvat eam, sed non ubi non salvat eam; temperantia autem non salvat prudentiam in omni materia, sed solum in propria materia, ubi sæpiùs periclitatur, & singulariter in duobus, scil rebrietate, ut lib: 1, & lib: 7, & in luxuria, *quia venus furatur intellectum ipsiè sapientiæ* libr 7. sed prudentia extenditur ad materiam cujuslibet alterius virtutis moralis, non tamen temperantiæ.

19 *Dub.* Circa quamcunque materiam operantur partes temperantiæ, & ipsa temperantia: sed continentia, clementia, modestia, quæ secundum Tullium in Rhetorica sua sunt temperantiæ partes, operantur multa quæ concernunt gustum & tactum. Ergò.

Resp. Tullium non audio; nam continentia & incontinentia secundum Philosophum iræ dicuntur metaphoricè, quia non sunt circa materiam temperantiæ et intemperantiæ Lib: 7. *Clementia vero est quædam pars justitiæ* Libr 5.

20 *Dub.* Circa quamcunq; materiam operantur sequelæ temperantiæ, et ipsa temperantia, sed sequelæ temperantiæ quæ, secundum Macrobium in lib. de somno Scipionis, sunt modestia, verecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, & prudentia operantur circa plurima, quæ non concernunt gustum & tactum. Ergò.

Resp. Macrobius ibi sumit quatuor species temperantiæ, scil. sobrietatem, castitatem, abstinentiam pro parcimoniâ, & honestatem pro pudicitia, & cum his quatuor sumit quatuor sequelas his annexas, puta verecundiam annexam castitati, & moderationem annexam sobrietati & parcitatem cibi annexam parsimoniæ, & modestiam in exterioribus annexam pudicitiæ, & præter hoc, prudentiam adjunxit, quæ concomitatur omnem virtutem, sic autem sumendo hæc omnia non cogimur ponere temperantiam præter materiam præscriptam.

21 *Dub.* Temperantia dominatur supra omnes non rectos impetus animi, eam definiente Tullio esse *rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio*: sed plures sunt alii non recti impetus animi, quàm secundum tactum & gustum. Ergò.

Resp. Definit temperantiam communiter, non propriè sumptam.

Notandum de temperantia.

1 Quid appetit, appetit autem triplicia delectabilia, nam quædam
- 1 *Prosunt*, & ista sunt duplicia, quia quædam prosunt ad
  - 1 Sanitatem corporis.
  - 2 Bonam habitudinem mentis, sicut sunt aliquando instrumenta musica, & hæc appetit temperantia.
- 2 *Obsunt*, & hæc non appetit temperantia,
- 3 *Indifferentia sunt*, quia nec prosunt, nec obsunt, & hæc illi aut isti appetit temperantia.

2 Fugit, fugit autem quæcunque delectabilia obsunt ad tria, scil. ea
- 1 Quæ lædunt sanitatem corporis.
- 2 Quæ sunt contra honestatem hominis.
- 3 Quæ excedunt proportionem & facultatem substantiæ temporalis.

3 Quomodo appetit, scil. mensuratè & remissè, quia si nimis intensè appeteret
- si ipsum obtineret, nimis delectaretur in eo.
- Si eo fraudaretur, nimis doleret propter usum.

4 In quibus delectatur, scil. in his quæ appetit & in quibus tristatur, quæ sunt potius præsentiæ delectabilium fugiendorum, quàm absentiæ delectabilium appetendorum, ut dicit hic philosophus: delectatur autem remissè & temperatè juxta modum appetendi: tristatur autem, ita tamen quod medicina præservativa suscipitur: cum enim appetitus sensitivus turpiter delectetur, necessaria appetitui intellectivo tristitia propter delectationem istam, ne iste appetitus cum illo communicet in turpi delectatione.

22 *Dub.* Nulla est virtus principalis aut cardinalis circa delectationes spirituales, in quibus communicamus cum angelis, quare nec erit circa delectationes corporales in quibus communicamus cum bestiis, circa quas est temperantia. Ergò ipsa non est cardinalis virtus.

Resp. Quamvis virtus quæ esset circa delectationes spirituales nobilior dicenda esset, quàm ista quæ est circa corporales, non tamen magis necessaria; nobilitas autem virtutem cardinalem non facit, sed necessitas ergò hæc propter necessitatem esset cardinalis virtus, non illa quamvis esset nobilior.

23 *Dub.* Si temperantia esset virtus cardinalis, hoc esset vel ratione eorum quæ appetit, vel ratione eorum quæ non appetit, sed fugit: non ratione appetendorum, quia multo nobiliora appetit magnanimitas, quæ tamen non est virtus cardinalis, nec ratione fugiendorum, quia multo plura fugienda contemnit et declinat magnanimitas. Ergò.

Resp. Ratione fugæ delectabilium nocivorum, dicitur cardinalis virtus: licet autem magnanimitas appetat nobiliora, ideò est nobilior, sed non magis necessaria, nec ea quæ magnanimitas contemnit tam necessariò contemnenda sunt, quam ea quæ fugit temperantia.

24 *Dub.*

24 *Dub.* Cum temperantia multas habeat ſpecies, ſi ſit virtus cardinalis, vel omnes erunt cardinales, vel nullæ, vel aliquæ? ſi omnes, tum erunt plures cardinales virtutes quàm quatuor; ſi nullæ, tum cum genus ſit de eſſentia bonitatis humanæ, et nulla ejus ſpecies, genus ſine ſpecie erit; ſi aliquæ, tum temperantia in genere non debet dici cardinalis; ſed illa virtus in ſpecie.

Reſp. Virtus cardinalis non eſt neceſſariò una ſpecies ſpecialiſſima virtutis, ſed poteſt eſſe unum genus, ſicut patet de prudentia & juſtitia, quæ ut ſunt virtutes cardinales ſub ſe multas habent ſpecies, omnes tamen convenire poſſunt ad unum ſingularem actum, putà omnes ſpecies temperantiæ conveniunt in electione prædictæ fugæ, quæ electio eſt communis omnibus ſpeciebus temperantiæ, & tamen eſt una ſingularis in ſe, tamen ſecundum materias appropriatur iſti, & illi putà ſobrietati & caſtitati.

An belluæ voluptatibus aliorum ſenſuum à guſtu & tactu delectentur?

Notandum quod objectis ſenſuum moventur belluæ
- aut per *Interne*, idq; ovis viſâ matre.
  1 *Memoriam ſenſitivam*, ut canis viſo domino.
  2 *Communem ſenſum* ſeu phantaſiam, ut
  3 *Inſtinctu* ſagacis *naturæ*, ut aranea viſâ prædâ.
- que vel *Externè*, id-
  - *Per ſe* in
    - *Guſtu* ad nutritionem.
    - *Tactu* ad generationem, et conſervationem ſpeciei & naturæ.
  - *Per accidens* in
    - 1 *Auditu*, ſic aves & urſi capiuntur harmoniâ.
    - 2 *Aſpectu*, ſic ſimiæ ſuos catulos, ſic pavones ſuas plumas delectabiliter aſpiciunt.
    - 3 *Olfactu*, ſic canes, porci, piſces odoribus capti ad cadavera longiſſimè perarabuntur.

25 Canis leporis odore non delectatur, ſed paſtu; leo voce bovis non capitur, ſed eſu; & ſic in omni genere brutorum animantium ſecundum Ariſtot. in hoc cap. Ergò inutilis eſt iſta diſtinctio.

Reſp. Aliquid percipitur ſenſu, aut
- *Diſtinctè* & per ſe, & ſic ſolus homo de objectis ſenſuum perfectè judicat.
- *Confuſe* & per accidens, & ſic etiam belluæ objectis aliorum ſenſuum à guſtu & tactu demulcentur.

26 *Dub.* Cantûs cygni ante mortem cauſa non eſt cibus quem non capit, aut coitus quem abhorret, ergò eſt aliqua ſenſibilis delectatio in eo per ſe & non per accidens ut docetur in textu.

Reſp. Cantu ſuo per ſe cygnus non delectatur, ſed ſic agere naturæ inſtinctu cogitur:

cogitur : ut enim natura Phœnicem docuit in extrema senectute seipsam urere, ita hanc avem senio confectam docuit dulciter ante suam mortem canere.

An Temperantia & natura aliqua ex parte opponantur ?

27 *Dub.* Licet secundùm naturam concupiscere & explere voluptatem : sed temperantia hæc prohibet, ergò natura & temperantia opponuntur.

Resp. Natura duplex est, *animalis* & *humana* ; insitum est quidem utrique concupiscere conjunctionis & procreationis causâ, sed ita insitum ut belluæ instinctum suæ constitutionis, homines verò habitum rationis sequerentur : dedit ergò natura appetitum, non ut voluptati ad libidinem, sed ut necessitati conservandæ speciei cum modo & ordine subservias, hunc ergo modum & ordinem solum præscribit temperantia, naturæ ipsius optima conservatrix.

28 *Dub.* Natura in suis per se operationibus nihil ordinat ad malum, sed totum ad bonum, quia ipsa in opere suo dirigitur à Deo & intelligentiis, in quibus nulla est malitia aut error, sed natura appetitum concupiscibilem dedit nobis, quia per se ordinatus est ad concupiscendum delectabilia, & ad delectandum in eorum adeptione ; Ergò bonum est delectari & concupiscere, & per consequens magis delectari est majus bonum. Ergo.

Resp. Natura quidem dedit nobis appetitum concupiscibilem ad concupiscendum, non tamen quomodocunque, sed secundum regimen rationis, propter quam etiam causam nobis natura rationem dedit, ut appetitum regeret, esset itaque appetitus contra hominis naturam, si delectaretur ultra quam ratio recta jubet.

29 *Dub.* Potentia ad actum ordinatur, *& actus sunt perfectiores potentiis*, 9. *Meta.* ergò quantò magis potentia reducitur ad actum, tantò est melior, appetitus autem est potentia cujus actus est concupiscere & delectari. Ergò.

Resp. Appetere & delectari secundum rationis regulam, est actus proprius appetitûs sensitivi hominis, secundum quod *homo* est, licet non secundum quod *animal*.

30 *Dub.* Quod est secundum se bonum, quanto est majus, tanto est melius, sed delectatio est secundum se bonum, *quia ipsam omnes appetunt*, 10. *Eth.* quia est *secundum se eligibilis* 1. *Rhet.* quia bonum delectabile distinguitur contra bonum utile, utile autem dicitur quia ordinatur ad aliud, ergò delectabile bonum non ordinatur ad aliud.

Resp. Delectatio secundum
- *Essentiam* suam est unicuique naturalis & bona.
- *Excessum* est quidem
  - *Absolutè* mala, quia rationem perturbat,
  - *Apparenter* bona
    - Non sapientibus.
    - Sed vitiosis habentibus appetitum non naturalem, sed innaturaliter contaminatam.

31 *Dub.* Aves non sunt pejores si prosequantur omnes delectationes, ita de aliis brutis : sed natura non fuit minùs solicita de humana specie quàm de brutis, sed magis.

magis. Ergò videtur quòd bonum delectabile sit etiam homini bonum secundum se.

Resp. Natura non instituebat nobis delectationes excessivas, cum ipsæ corrumpant naturam, sed instituebat rationem potentem regere nos & servare in naturalibus & nobis proficientibus delectationibus; ita quod non est ex nostra natura sed ex malitia si alias prosequamur.

An temperantia sit una virtus secundum speciem?

32 *Dub.* Philosophi diversas ejus species assignant, aliqui continentiam, clementiam modestia, malii honestatem & vericundiam, alii abstinentiam, frugalitatem, sobrietatem, pudicitiam, &c. Ergò non est una secundum speciem.

Resp. Quidam dividunt temperantiam acceptam

Generaliter, & illa habet species.

Specialiter, & ipsi non dividunt ipsam specificis differentiis & essentialibus, sed ut secundum ejus diversas proprietates, vel secundum materiales & accidentales objectorum suorum differentias. Duæ enim sunt omnis perfectæ virtutis proprietates, scil. fuga turpitudinis vitii, & amor pulchritudinis honestatis: unde quidem assignant temperantiæ duas partes, verecundiam quantum ad fugam turpis, & honestatem quantum ad amorem virtutis. Alii secundum accidentales objectorum differentias dividunt temperantiam vocantes eam abstinentiam in ordine ad cibum, sobrietatem in ordine ad potum, castitatem in ordine ad actum venereum, pudicitiam in ordine ad extrinsecos motus ordinatos ad venerem: & alii multas adhuc ponunt subdivisiones, quæ non tollunt specificam & essentialem temperantiæ unitatem.

33 *Dub.* Virtutes distinguuntur per actus, & actus per objecta, sed actus veneri sunt multum diversi à comestione, & potatione, & similiter eorum objecta, scil. cibus & potus à mulieribus. Ergò cum circa hæc omnia sit temperantia, non est una virtus.

Resp. Licet multa habeat materialia objecta, tamen illa non sufficiunt ad specificam distinctionem, cum unum habet formale, scil. delectationem secundum gustum & tactum.

34 *Dub.* Illæ delectationes non pertinent ad unam virtutem, quæ spectant ad diversos & valde disparatos mores; sed tales sunt delectationes ex cibo & potu & ex venereis actibus, quoniam illæ insunt nobis per omnem ætatem; hæ autem non, sed secundum tempus determinatum.

Resp. Omnes illæ delectationes ejusdem moris sunt, si autem delectationes venereorum non conveniant nobis secundum omnem ætatem, ut in pueritia, hoc est propter defectum materiæ, scil: spermatis: quia natura tunc toto nutrimento utitur ad augmentum: ad hoc etiam facit indispositio organorum, sed organis dispositis et materiâ paratâ, manifestum est quod delectationes illæ et istæ sunt ejusdem moris.

An, virginitas sit virtus moralis & species temperantiæ?

Ad virginitatem concurrunt duo { *Integritas corporis*, quæ decentiam includit; quæ non est virtus cum non sit habitus animi. / *Habitus electivus* hujus integritatis, qui est virtus.

35 *Dub.* Omnis virtus moralis consistit in medio, non in extremo, 2. Eth. cap. 6. at virginitas non consistit in medio sed in extremo, actus venereos à se abdicans, non solum talem vel talem, sed omnem, nec solum nunc aut tunc, sed semper. Ergo non est virtus moralis.

Resp. Velle frangere istam integritatem absque necessitate, & nolle frangere pro necessitate sunt duo extrema inter quæ mediat nolle frangere sine necessitate; & sic virginitas est hujus integritatis habitus electivus, & non aliter.

36 *Dub.* Nulla virtus includitur in vitio, nec è contrà, sed virginitas includitur in insensibilitate, supposità integritate corporis.

Resp. Insensibilitas excludit omnem delectationem, et tenet extremum vitiosum, nec in ipsâ includitur virginitas quantum ad habitum animi, licet videatur quantum ad integritatem corporis.

37 *Dub.* Nulla virtus generari potest ex operibus vitiosis quâcunque intentione superveniente illis: sed virginitas generari potest ex operibus vitiosis secundum insensibilitatem, superveniente operibus intentione quam habet virginitas, eædem enim sunt abstinentiæ hic et ibi. Ergo non est virtus.

Resp. Virginitas non generatur ex abstinentiis simpliciter sumptis, sed ex abstinentiis ut electis, et maximè ex electionibus istis, et hæc sunt opera ex quibus generatur virginitas, quæ sic accepta sunt absolutè ab iis diversa, ex quibus generatur insensibilitas.

38 *Dub.* Nulla Virtus corrumpitur ex actione unicâ, sicut non ex unicâ generatur, sed virginitas unicâ actione fornicationis corrumpitur. Ergò.

Resp. Corrumpitur quantum ad { *Integritatem* ipsius *corporis* / Non quantum ad *habitum mentis*: licet quantum ad electionem habitûs.

39 *Dub.* Virtus moralis non inest à natura, virginitas inest à naturâ. Ergo.

Resp. Virginitas inest { *A naturâ*, quantum ad ipsius corporis integritatem. / *Consuetudine*, quantum ad habitum animi conservativum hujus integritatis.

40 *Dub.* Nulla virtus corrumpitur sine generatione vitii, sed virginitas corrumpitur sine vitio et peccato; quia si nupserit virgo non peccat secundum Pauli 1. ad Cor. cap. 7. Ergo.

Resp. Negatur major: intelligendum tamen, quòd licet ipsa virginitas corrumpatur, quantum ad electionem integritatis corporalis, non tamen quantum ad totam essentiam: corrumpitur itaque quoad *modum*, non quoad *naturam*.

41 *Dub.* Virtus perdita per longam actionem recuperari potest, sed virginitas perdita non potest. Ergò.

Resp. Virtus

Resp. Virtus perdita per { *Delectationem* regenerata potest. / *Transcendentiam objecti* non potest. Ille namque qui per oblivionem ignoraret futuram Eclypsin possit scientiam recuperare; sed non ille qui ipsam futuram nescit, quia ipsam jam transiit, et sic est in proposito.

42 *Dub.* Nullum contingit in aliquo casu malè uti virtute, 2. Rhetor. sed contingit malè uti virginitate, puta primos homines, qui peccâssent, si semper in virginitate vixissent.

Resp. Virginitate non contingit malè uti, quia si quis vellet integritatem corporis sui servare, ubi esset necessarium eam dissolvere, pro humano genere conservando, ipse non uteretur virginitate; quia ipsa non est electiva conservandæ integritatis, nisi quando solvere non requiritur.

43 *Dub.* Moralis virtus sæpiùs in viris quàm adolescentibus, virginitas sæpius in adolescentibus quàm viris. Ergò.

Resp. Virginitas sæpius reperitur in adolescentibus { Ut est *integritas corporis*. / Non ut est *virtus moralis*.

44 *Dub.* Nulla virtus inclinat contra primæva jura naturæ, sed virginitas inclinat contra conjunctionem maris et fœminæ, etiam contra illud 1. Gen. *Crescite & multiplicamini*. Ergò.

Resp. Nego minorem, quia virgo secundum habitum virginitatis non eligit conservationem integritatis contra necessitatem generationis, ubi sciendum quòd jus naturale conjunctionis maris et fœminæ pro salvando humano genere inductum est, cum ergo salvetur sufficienter per alios, possunt aliqui licitè non offendentes contra jus naturale, se ab officio generationis subtrahere pro meliori actione.

45 *Dub.* Secundum omnem virtutem oportet vivere, sed non oportet hominem secundum virginitatem vivere, quia virginitas non est de necessitate salutis humanæ.

Resp. Oportere esse duplex: aliud { *Necessitatis*, et sic oportet vivere secundum virtutes civiles vitæ propter communitatem hominum. / *Nobilitatis*, et sic oportet vivere secundum virtutes vitæ contemplativæ, nam illæ magis necessariæ, hæ nobiliores, de quibus virginitas, et sic oportet aliquos paucos contemplationibus deputatos, habere eam non opportunitate necessitatis, sed nobilitatis.

46 *Dub.* Omnes homines debent vivere secundum omnes virtutes, sed omnes non debent vivere virgines, nam tum deberent pati interitum humani generis. Ergò.

Resp. Virtus pendet ex circumstantiis in sua actione, et quæ uno tempore aut modo bona est, alio mala est: virginitas itaque in eo statu non esset virtus, quia inclinaret contra necessitatem naturæ, vel dici potest, quod in eo statu virginitas possit considerari vel secundum se, quomodo expetenda esset, aut per respectum ad malum consequens, eo modo non esset expetenda.

47 *Dub.* Nulla virtus per actionem honestam aut licitam corrumpitur, sed virginitas

ginitas corrumpitur per conjunctionem maris & fœminæ in matrimonio. Ergò.

Resp. Ipsa virginitas corrumpitur; { Non quantum ad suam *essentiam*. Sed quantum ad *modum electionis* vel negetur absolutè major.

48 *Dub.* Illa conditio est nobilior, quam natura & rectæ rationis dictamen jusserunt quàm opposita conditio; sed apertura corporis ad prolem est, vel aliquando fuit ex jussu naturæ, & dictamine rationis.

Resp. Fuit aliquando consentaneum rationi, nunc non est propter mutationem circumstantiarum, quas prudentia respicit: & licet semper nobilior sit virginitas propter dignitatem, tamen interdum propter necessitatem pejor; licet enim semper sit in genere entis melior, quia est habitus, quàm opposita conditio, quæ est ejus privatio, non tamen in ratione necessitatis.

49 *Dub.* Natura dedit homini membra genitalia, & vim generativam ad producendam prolem: ergo debet uti iis, vel peccat contra naturam.

Resp. Natura dedit hominibus virtutem generativam, & genitalia membra ad propagandam sobolem, ubi & quando esset rationi consonum; unde quod natura id nobis dedit, non est ad individui salutem, sed ad speciei conservationem; non itaque oportet in quolibet individuo exerceri, sed sufficit quod in talibus istis, & in tot, ut finis iste possit sufficienter attingi.

An intemperantia sit vitium pejus timiditate?

Virtutes possunt invicem comparari in bonitate, vel quoad { Substantiam earum intrinsecam, & opera propria, & interiora ipsarum quæ animam interiùs perficiunt, et sic fortitudo est temperantiâ melior. Alia bona, ad quæ dictæ virtutes prosunt, & sic temperantia est fortitudine melior, ut patet, si quis magna mala respiciat ad quæ nos ducit intemperantia.

☞ Notandum quod malitia vitii attenditur, aut { Ex eò quod privat animam bono virtutis sibi oppositæ, et tunc illud vitium est deterius, quod meliori virtuti opponitur; & eo modo est deterius quo modo est melior virtus opposita. Ex eo quod inficit animam positivè, & sic intemperantia est deterior timiditate, tum quia 1. ex debiliori motivo trahit ad turpitudinem: 2. quia est magis voluntaria: 3. quia majus incrementum aptum est suscipere, quia perniciosora mala introducit.

50 *Dub.* Pejus est vitium quod meliori virtuti opponitur, sed timiditas meliori virtuti opponitur, quàm intemperantia. nam Arist. 1. Rhetor. præfert fortitudinem cæteris virtutibus. Ergo.

51 *Dub.* Pejus est vitium quòd magis est voluntarium, sed timiditas est magis voluntaria: *nam nemo concupiscit esse intemperatus*, inquit Arist. multi tamen nè moriantur volunt fugam.

Resp. Di-

Resp. Dicitur vitium pejus, vel quia
- Privat majori bono, & sic timiditas pejor est.
- Inficit majori malo, & sic intemperantia pejor est.

2. Intemperantia est magis voluntaria, & licet nemo concupiscit intemperantiam sub ratione intemperantiæ; tamen multi cupiunt excessivam delectationem, ad quam sequitur intemperantia.

De cupiditate naturali. Cap. II.

In hoc capite considerantur

Definiendo
1 *Cupiditatem*, quæ est naturalis ad peccandum in humano appetitu proclivitas et propensio.
2 *Intemperantiam*, quæ est vitiosa voluptatum exuperantia.
3 *Stuporem*, qui est voluntaria licitæ voluptatis fuga & suppressio: in excessu tetriùs & frequentiùs, in defectu leviùs & rariùs nos peccare dicit Arist.

Explicatio, quæ consistit partim in

Prima, cupiditatum aliæ sunt
1 *Communes*, versatæ in omnibus quæ appetuntur, ut in cibo, potu, venere, & honore.
2 *Propriæ*, positæ in circumstantiis rerum, quæ appetuntur, ut in hoc cibo, illo potu, hâc venere, illo honore. In utroque membro hujus divisionis peccatur, si concupiscentiam naturaliter moventem actus et consensus, vel cum excessu, vel cum defectu sequantur.

Explicando duplicem cupiditatum distinctionem, quarum quidem est

Secunda, quæ est Epicureorum, ut dicit Albert. concupiscentiarum aliæ sunt
1 *Naturales & necessariæ*, quales sunt concupiscentiæ cibi et potus; & dicuntur naturales, quia à natura habent ortū, et dicuntur necessariæ, quia cibus et potus sunt necessarii ad corporis salutem.
2 *Naturales & non necessariæ*, ut concupiscentia venereorum: et hoc membrum ad prius reduci potest; nam licet tales non sint necessariæ ad salutem individui, sunt tamen ad salutem speciei.
3 *Nec naturales, nec necessa-*

ria, ut sunt concupiscentiæ sequentes habitum acquisitum; nam ut dicitur in hoc lib. secundum omnem habitum sunt delectabilia. quartum autem membrum non est possibile, scil. necessariæ et non naturales, quia natura non deficit in necessariis.

Tertia, cupiditatũ alia est
- *Naturalis*, seu insita, quæ est in
  - Appetitu conjunctionis & procreationis ad effectum.
  - Impetu declinationis ad peccatum.
- *Moralis*, seu acquisita, quæ est vel
  - In non repugnando voluptati cum alliciat.
  - In indulgendo eidem cum accendat, et istis modis per actum et consensum animi cupiditas (aliter peccati fomes) ipsum peccatum efficitur.

☞ In naturali cupiditate considerantur tria &
- 1 *Radix* in qua
- 2 *Actus*
- 3 *Consensus* in quo
  - *Potentia* in qua
  - *Habitus*
  - *Affectus* in quo
    - 1 Motus naturę isq; duplex
      - Simplex, ut appetere cibum cum esurias, & sic non est peccatum.
      - Corruptus, ut in concupiscendo transire modum, & sic est peccatum.
    - 2 Ardor
    - 3 Incendium
      - consistit.

Cupiditas est quidem peccati
- *Fomes* quo accendimur.
- *Fumus* quo suffocamur.

Dubitationes.

1 *Dub.* Nemo peccat in his quæ nobis à natura insunt, sed cupiditates insunt nobis à natura; major ostenditur, quia solum vitiis peccamus, quæ non sunt à natura.

Resp. Cupi-

Resp. Cupiditates considerantur vel secundum
- *Essentiam* suam, & sic insunt nobis à natura, fomitesque vitiorum dicuntur.
- *Exuperantiam*, & sic non insunt à natura, ipsaque vitia ita appellantur.

2 *Dub.* Illud non est peccatum ad cujus oppositum non possumus assuescere; sed ad oppositum concupiscentiarum naturalium non possumus assuescere, quia nullum naturâ existentium aliter assuescit, 2. Eth: cap. 1. Ergo in talibus non contingit peccare.

Resp. Duo in talibus cupiditatibus considerantur, aut
- Substantiæ earum quæ naturaliter nobis insunt, nec possumus ad earum opposita assuescere, nec sunt peccata.
- Modus, nempe aut
  - Excessus in quo versatur intemperantia.
  - Defectus, in quo insensibilitas constituitur, & hoc modo peccata sunt, nec à natura insunt: & ad earum opposita possumus assuescere.

3 *Dub.* Dicit Arist: quòd repletio indigentiæ naturalis concupiscentia est, sed in repletione indigentiæ non est peccatum, imo in superabundando super indigentiam. Ergo.

Resp. Concupiscentia ista est naturalis & conveniens, & quantum ad substantiam, & quantum ad modum, qui est ad indigentiam replendam sine excessu & defectu; sed concupiscentia naturalis secundum substantiam non tamen secundum modum potest esse aliquando ad excessum, aliquando ad defectum, & sic est in ea peccatum.

4 *Dub.* Stupor multùm prodest ad acquisitionem virtutis, cum sit voluptatum fuga, Ergo non est vitium.

Resp. Stupor est fuga voluptatum
- Non regulata per rectam rationem.
- Sed sine ordine & sine ratione.

5 *Dub.* Stupor vel ex malâ complexione, vel ægritudine oritur, ergo non est vitium: nam omne vitium est voluntarium.

Resp. Non solum complexio & ægritudo, sed etiam nonnunquam mala consuetudo eundem parit; nam licet ad ipsum disponit complexio; malum tamen habitum perficit consuetudo.

6 *Dub.* Cupiditas est aut naturalis, aut propria: quia natura in naturali, voluntas in propria dolorem fugiunt, Ergo *Nulla cupiditas est cum dolore conjuncta* ut dicit Arist.

Resp. Cupiditas consideratur dupliciter aut quidem
- *Per se*, & sic est delectabilis.
- *Per accidens*, & sic res tristis & molesta dicitur, cum enim concupiscens aut diutius aucupetur, aut non assequatur cum velit, mordacissimum dolorem & animi cruciatum sentit.

7 *Dub.* Nocturnæ pollutiones non sunt voluntariæ, quia contingunt in dormientibus, ergo non sunt peccata.

Resp. Causa

Resp. Causa quidem istarum duplex est, nimirum aut
- Natura, & sic non sunt peccata, non est enim culpanda natura, si expellat venenum.
- Mala præcedens consuetudo, & sic sunt peccata, quippe voluntas corrupta eo motu naturæ suum præbet consensum.

De remediis Intemperantiæ. Cap. 12.

In hoc capite observanda sunt, & ipsius quæstionis

Explicatio quæ consistit partim

In ostendendo rationes quare intemperantia est magis involuntaria, quàm stupor, propter
- 1 *Proclivitatem naturæ* unde motus
- 2 *Innatam cupiditatem* unde affectus
- 3 *Unitam voluptatem* unde consensus
- 4 *Varietatem objectorum* unde habitus

intemperantiæ nascitur.

partim

In explicando remedia intemperantiæ, quæ sunt duplicia aut

Divina, quæ sunt vel
- 1 *Fides*, quæ vitæ sanctitatem inchoat.
- 2 *Oratio*, quæ veniam pro lapsu naturæ impetrat.
- 3 *Abstinentia*, quæ corporis petulantiam reprimit.
- 4 *Gratia*, quæ inceptam vitæ integritatem perficit.

Humana, quæ sunt vel

Interna
- Sobrietas,
- Castitas,
- Pudicitia,
- Verecundia, quæ est metus infamiæ.

Externa ut
- Consilium, quod amicos labentes in libidinem
- Jejunium quod lapsos in turpitudinem
- Flagellum seu castigatio, quæ insanos & furentes

sanat.

Dubitationes.

1 *Dub.* Abstinentia seu jejunium naturæ vires frangit, spiritus diminuit, sanitatem tollit, torum denique hominem minus aptum ad præstandum virtutis officium reddit: sed virtus quæ est conservatrix naturæ hoc prohibet. Ergo abstinentia seu jejunium non est optimum remedium intemperantiæ.

Resp. Quem ad modum servus contumax puniri debet, non ut dispereat, sed ut submissior fiat: ita corpus hoc nostrum sic macerare debemus, non ut cadat, sed ut rationi pareat & obsequatur.

2 *Dub.* Quod

2 *Dub.* Quod natura abhorret ut malum non est ejusdem salutare remedium, sed castigationem & flagellum abhorret ut malum. Ergò non debet adhiberi ut remedium.

Resp. Si lascivienti jumento plus oneris quam ferre valeat imponatur, in itinere corruit, sin minus, contra stimulum calcitrabit, ita si ultra vires hoc corpus affligas malum est, si verò moderate ferias salutare est.

3 *Dub. Voluntas est æque principium omnium vitiorum & virtutum: lib. 3. Eth. cap. 5.* Ergò intemperantia non est magis voluntaria quam stupor, quia ex altera parte temperantiæ opponitur.

Resp. Duo in vitiis & virtutibus spectantur, nimirum & { *Essentia*, ut sunt habitus, & sic æque voluntaria habentur omnia. *Circumstantia*, ut sunt, & sic intemperantia est magis voluntaria, quam stupor, quia illa voluptatem, hic verò dolorem concomitantem habet.

An dolor magis labefactet naturam, quam voluptas?

4 *Dub.* Intemperantes & libidinosi sunt brevissimæ vitæ, ergò voluptas quæ est eorum comes magis labefactat naturam, quàm dolor.

Resp. Voluptas secundum { *Se* & essentiam suam conservat, & hoc intelligitur in textu. *Exuperantiam* labefactat, idque magis quam dolor.

An vehementes voluptates insanire faciant?

Vehementior voluptas insanire facit quia { 1 Cerebrum humanum nimis exsiccat. 2 Spiritum animalem nimis perturbat. 3 Variis intentionibus phantasiam vulnerat. 4 Immensos dolores in appetitu excitat.

5 *Dub.* Animus rationis compos est, ut ait Aristot. *lib. 3. de anima, cap. 5.* ab omni perturbatione liber & immunis. Ergò à voluptate, ita non vincitur, ut insaniat.

Resp. Animus rationalis consideratur, vel { *Absolutè*, ut est spiritus & sic est immortalis, liber & immunis ab omni perturbatione & affectu. *Comparatè* ut est actus, & sic affectibus corporis aliquando vincitur, nec non sæpe eorum impetu à sede rectæ rationis dimovetur.

TRACTATVS QVARTVS
IN LIBRVM QVARTVM ETHICORUM ARISTOTELIS Ad Nicomachum.

An Liberalitas rectè ſtatuatur?

CAP. I.

In hâc quæſtione obſervantur

- 1 *Definitio*, ſeu natura ejus, quæ eſt, ut ſit *virtus inter avaritiam & prodigalitatem poſita*, quâ homo in dandis & accipiendis pecuniis tanquam aureâ rationis regulâ utitur.
- 2 *Objectum*, quod eſt { *Externum*, pecunia. / *Internum*, pecuniarum concupiſcentia.
- 3 *Officium*, quod eſt, aut
  - *Commune*, ut dare & accipere.
  - *Proprium*, eſt
    - Raro accipere, rariùs petere.
    - Sæpius dare, & in dando obſervare, ut ſint, & { 1 Mens jucunda. / 2 Frons grata. / 3 Res propria. / 4 Proportio juſta. / 5 Cura honeſta. / 6 Cauſa pia.
- 4 *Oppoſitum*, in { *Exceſſu*, prodigalitas. / *Defectu*, avaritia.
- 5 *Uſus*, qui eſt, aut
  - *Publicus*, civitatis conſervatio.
  - *Privatus*, hominis liberalis, { *Laus* ſeu fama. & *Dilectio*.

Explicando liberalitatem, in qua quidẽ ſpectanda ſunt quinque, nempe

Explicatio, quæ conſtat, & in

Diſtinguendo,

- *Distinguendo*, &
  - *Pecuniam*, quę sumitur, aut
    - *Specialiter*, pro nummo signato, & sic non est adæquatum objectum liberalitatis.
    - *Generaliter*, pro omni suppellectile, & abundantiâ rerum omnium, quæ in commutationem cadunt, ut aurum, argentum, æs, plumbum, agri, domus, pecudes, *&c.* & sic est ejus adæquatum objectum.
  - *Prodigum*, qui est duplex, nimirum, aut
    - *Simplex*, qui aliis vitiis non est depravatus, & hic avaro melior est,
      - 1 Propter faciliorem reductionem, quæ fit, aut
        - 1 Progressu ætatis.
        - 2 Consilio.
        - 3 Urgente necessitate.
      - 2 Propter majorem ejus similitudinem cum liberali in dando.
      - 3 Propter saniorem animum & mentem in judicio virtutis.
      - 4 Propter firmiorem laudem, famam & admirationem populi.
    - *Compositus*, qui præter prodigalitatem est aliis etiam vitiis coopertus; & iste in hac comparatione non intelligitur.

☞ *Liberalitas magis in dando, quàm in accipiendo cernitur*, quia
- Beatius est dare quàm accipere.
- Magis laudatur propter beneficium.
- Magis diligitur propter usum.

Dubitationes

1 *Dub.* Magnificentia est virtus inter prodigalitatem & avaritiam, quæ in usu pecuniarum cernitur. Ergo confunditur cum liberalitate; aut ipsa hîc malè definitur. Antecedens est Arist. in cap. 2. hujus libri, ubi dicit magnificum necessariò esse liberalem, unde à conjugatis magnificentia est liberalitas.

Resp. Magnificentia & Liberalitas differunt,
- Non *naturâ & essentiâ*.
- Sed *ratione* solùm, quoniam
  - Magnificentia in magnis. (sumptibus versatur.)
  - Liberalitas in parvis (versatur.)

2 *Dub.* Æque in magnis & in parvis versatur liberalitas, ut est circa medium hujus cap. Ergo illud discrimen malè assignatur.

Resp. Magnum sumitur bifariam, &
- *Absolutè*, pro re excelsa & illustri, & sic in magnis non versatur liberalitas.
- *Comparatè*, pro re mediocri, & sic in magnis cernitur.

3 *Dub.* Circa concupiscentiam divitiarum versatur liberalitas, Ergo, aliud objectum ponendum est.

Resp. *Objectum* { *Externum* pecunia, divitiæ. / *Internum* pecuniarum concupiscentia.

4 *Dub.* Nulla virtus objectum suum perdit, at ita liberalitas. Ergo.

Resp. Non perdit, sed impendit, & in rectum usum elargitur.

5 *Dub.* Dare & accipere sunt opposita in hac definitione liberalitatis, Ergo est mala definitio. 6. Top.

Resp. Nego Antecedentem: sed accipere ita sequitur liberalitatem animi, ut optima visio sanitatem oculi.

6 *Dub.* Nulla virtus naturæ vi ac propensioni repugnaret, sed potius perficeret; at aliis plura dare quàm sibi retinere, naturæ propensioni repugnat, Ergo id agere non est liberalitatis.

Resp. Bona sunt, vel { *Interna*, ut virtutes & scientiæ: de quibus plura quidem nobis appetere, quàm aliis dare nos oportet. / *Externa*, & hæc sunt, vel { *Necessaria*, respectu vitæ & familiæ, in quibus tenetur quilibet magis sibi, quàm aliis providere. / *Superflua*, de quibus intelligitur locus Aristot. ex his enim plura aliis dare, quàm nobis retinere debemus.

7 *Dub.* *Dare* & *accipere* differunt specie, Ergo non sunt actus unius virtutis.

Resp. *Dare* & *accipere* considerantur, vel { *Absolutè*, & secundum se, sic specie differunt. / *Comparatè*, secundum circumstantias, ex præscripto rectæ rationis. & sic specie non differunt.

8 *Dub.* Is pejor est qui in seipsum, quàm qui in alios peccat: sed talis est prodigus, ergo est deterior avaro.

Resp. Avarus gravius in seipsum, & in alios peccat quam prodigus. Is enim, nec sibi, nec aliis favet; hic autem & sibi per benevolentiam, & aliis per pecuniam prodest.

9 *Dub.* Prodigus, qui stultus in textu dicitur magis opponitur prudentiæ quàm avarus, ergo est pejor.

Resp. Nego Anteced: nam prudentia & ratio jubent ut expendatur pecunia, ergò avaritia magis repugnat.

10 *Dub.* Avaritia in textu malum incurabile dicitur, ideò sub reprehensionem non cadit, & ex consequenti non est vituperabile, ergò prodigalitas pejor est.

Resp. Incurabile dicitur duobus modis { *Absolutè*, pro eo quod omnino curari non potest, & sic avaritia malum incurabile non dicitur. / *Respectivè* pro eo quod curari potest, sed difficulter, & sic hoc loco incurabile sumitur.

11 *Dub.* Nullus est perfectus ex amissione virtutis usûs, & materiæ ejus, sed est ex amissione liberalitatis & pecuniæ, dicente Christo *Matth.* 19. *Si vis esse perfectus*

perfectus da omnia pauperibus & sequere me. Ergò.

Resp. Dicitur talis esse perfectus { Non ex *amissione liberalitatis* aut materiæ ejus. Sed ex *acquisitione melioris virtutis*, quam sit liberalitas, licet liberalitas solum usum non essentiam deserat.

12 *Dub.* Virtus moralis est circa passiones 2. *Eth. cap.* 3, sed liberalitas est circa pecunias, quæ non sunt passiones, ergò.

Resp. Liberalitas est { *Remotè* circa pecunias ut circa objectum remotum, quemadmodum est circa cibos & potus temperantia. *Propinquè*, circa & { *Operationes* scilicet pecuniarum dationes & sumptiones, sicut temperantia circa comestiones & potationes. *Affectiones*, quas innati sumus habere ad pecunias proprias, sicut temperantia circa affectiones, quas habemus circa delectabilia tactûs.

13 *Dub.* Qui habet unam virtutem moralem habet omnes propter earum connexionem in prudentia, ut apparet 6. *Ethic.* sed qui habet liberalitatem non oportet quòd habeat fortitudinem dicente *Aristot.* 3. *Ethic. cap.* 6. quod quidem in bellicis periculis timidi existentes liberales sunt, ergò.

Resp. Vera est & necessaria major { Non *absolutè* de omnibus. Sed de *Cardinalibus* quæ considerantur dupliciter scil. vel { *Secundum habitum perfectum* & confirmatum & qui sic habet unam cardinalem virtutem, habet omnes. *Secundum dispositionem solùm laudabilem*, non habitum perfectum, & sic illico non est necessarium.

14 *Dub.* Si liberalitas sit virtus, tamen non est virtus distincta à justitia, quoniam pecuniæ, quæ sunt liberalitatis materia, sunt etiam materia justitiæ, quia dicit Arist. 5. *Ethic.* quòd avarus & injustus circa bona erit, non omnia, sed circa quæcunque bona fortunæ, & infortunium, qualia maximè sunt pecuniæ. Ergò.

Resp. Circa pecunias { *Propias*, est liberalitas. *Alienas*, est justitia.

15 *Dub.* Cum virtutes cardinales quatuor, cæteris sint principaliores, & Aristot 1. *Rhet.* liberalitatem extollit supra temperantiam: ergò liberalitas est una de virtutibus cardinalibus; at ipsa sub nulla alia reponitur quam sub justitia, propter quod de officiis, inquit Cicero, nihil est liberale quod non idem est justum ergò.

{ Vulgaris opinionis populi, quia pluribus proficit liberalis in bonis exterioribus quæ sola bona vulgus sentit propter quod Aristoteles ibi dicit, quod liberales maximè honorant, scil. vulgares, at non dicit quòd sint maximè honorandi.

Resp. Di-

Resp. Dicitur liberalitas major virtus respectu
- Non veritatis, nam respectu
  - Actionis transeuntis externorumque bonorum fortunæ eorumque usus, potest liberalis temperantem excellere.
  - Actionis immanentis & bonorum mentis, eorumque usus temperantia multum liberalitatem antegreditur.

16 *Dub.* Circa domum, agrum, oleum, &c. versatur liberalitas, ergò non solum circa pecunias.

Resp. Pecunia capitur aut
- *Strictè*, pro nummo signato solum, & sic hîc non capitur.
- *Fusè*, pro omnibus quorum dignitas nummo signato mensuratur, & sic hîc sumitur.

17 *Dub.* Bonum doctrinæ non potest numismate mensurari, & tamen doctor potest liberaliter dare doctrinam suam. Ergò.

Resp. Doctor non dat propriam scientiam, quia scientiam suam non potest transferre in dominium discipuli, nec unquam habuit illam scientiam, quam sibi acquirit discipulus, sed dat discipulo laborem, quem in docendo suscipit, vel dat usum suiipsius ad scientiam acquirendam, illud autem potest nummo mensurari.

18 *Dub.* Bonum corporis humani non potest nummo mensurari, est tamen liberalitas, si quis exhibeat corpus suum alicui in obsequium alicujus operis. Ergò.

Resp. Nullus liberalis dat
- Corpus suum.
- Sed usum corporis.

19 *Dub.* Servus cum habeat corpus & animam, non potest nummo mensurari, tamen miles potest liberaliter dare servum suum. Ergò.

Resp. Res venales aut donabiles mensurantur nummo
- Non secundum seipsas.
- Sed secundum quod veniunt in usum humanum, & utilitatem utentium, licet itaque servus secundum seipsum non sit numismate mensurabilis, tamen utilitatem quæ ex eo venit potest dominus numismate mensurare.

20 *Dub.* Secundum Senecam contingit seipsum liberaliter dare. Ergò.

Resp. Contingit seipsum dare
- Quoad usum liberaliter.
- Non quoad substantiam.

21 *Dub.* Virtutes distinguuntur per actus, ergò unius virtutis est unus actus. Ergò aut liberalitas non est virtus, aut dare & accipere non sunt ambo ejus actus.

Resp. Actus liberalitatis
- Principalis est solum dare.
- Minus præcipuus est accipere & custodire, hæc enim ad ipsum dare ordinantur & reducuntur.

22 *Dub.* Ille actus nullius est virtutis per quem consumitur illud, quod ad fœlicitatem requiritur, sed per liberalitatem consumuntur divitiæ, quæ ad fœlicitatem requiruntur. 1. *Ethic.* Ergò.

Resp. Divitiæ valent ad fœlicitatem ratione earum
- Non conservationis & acquisitionis.
- Sed consumptionis, modo illa cum ratione fiat.

23 *Dub.*

23 *Dub.* Dare & accipere ſunt contrarii actus, ergo non conveniunt in eandem virtutem.

Reſp. Dare quando oportet, & cuſtodire quando oportet dare, ſunt contrarii actus, nec conveniunt liberalitati: ſed dare quando oportet, & cuſtodire quando oportet, non ſunt contrarii actus, ſed unus ad alium ordinatur, amboque liberalitati conveniunt.

a 1.

Abſolute, ſecundum eorum ſubſtantiam, & ſic accepti non ſunt magis actus liberalitatis, quam oppoſitorum vitiorum.

b 1.

Proprie, prout ſe extendit ad numiſmata ſolum, & ita proprius ejus uſus eſt menſuratio commutabilium 5. Ethic. ſed ſic liberalitas circa pecunias non dicitur adæquate eſſe.

c 1.

Specialis, & proprius unicuique generi pecuniarum: qui uſus, quia ſunt valde diſtantes, tum ſecundum ſpeciem, tum ſecundum genus, ideo ſic ad liberalitatem non pertinent.

d 1.

Alienarum, vel ſaltem propriarum in ordine ad alienas, cujuſmodi uſus ſunt diſtributiones, & commutationes, & talis uſus ad juſtitiam pertinet, non ad liberalitatem.

e 1.

1 *Qui ſunt ſecundum ſubſtantiam*, ad quod notandũ quòd quædam operationes liberalitatis pertinent ad pecuniarum

Generationem, ut accipere.

Conſervationem, ut cuſtodire, & hi actus cum nõ ſint uſus, minùs præcipui actus liberalitatis dicuntur.

Uſum, ut ſunt *Datio*, & *Conſumptio*.

1 *Delectabiliter*, & ſine triſtitia, quod Ariſt. probat de liberalitate, tum *generaliter*, quia hoc omni virtuti commune eſt,

☞ Notandum quod *dare, accipere, conſumere, cuſtodire*, poſſunt accipi, aut

a 2. *Comparatè*, ut sunt modificati secundũ rationis rectæ regulam, & sic actus liberalitatis sunt: sed ad notitiam hujus sciendum, quòd cum liberalitas sit circa pecunias, ista sumitur

b 2. *Communiter*, ut se extendit ad omne illud, cujus valor potest numismate mensurari, ut agri, domus, equi, &c. & omnis ejusmodi possessio cujus dominium potest ad alium transferri. & sic liberalitas est circa pecuniam secundum Arist. hic: cũ autem pecunia sic accepta multa contineat sub se, & valde diversa genera, ut naves, vineas, &c. manifestũ est quod hujusmodi pecuniæ duplex usus esse potest, alter

c 2 *Communiter* communis vero usus pecuniarum duplex est, alter usus est pecuniarum quidem

ne est, tum *specialiter* dicendo quod non dicitur liberalis, qui triste utique magis eligit pecunias bonâ operatione.

f 2. 1 Dantis, non enim in multitudine datorũ (inquit Arist.) sed in habitu dantis est liberalitas; de conditione autem dantis quędam conditiones observantur, nã liberalis debet dare, &

2 *Humiliter*, de quo Seneca, *nihil aque vitandum in beneficio, ac superbia.*

3 *Sine ullâ curâ amissionis*, de qua Senec. *dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit dũ daret*: liberalis autem dativus est, non accipiens, aut custodiens, unde concludit Arist. ditari non facilè liberalem gratiâ dationis, cum tamen ipsum acceptivũ existentem, aut custodientem ditari non est valde difficile; & laboris mediocris.

Comparatè,

d 2. *Propriarum*, præcisè secundum quod propriæ sunt, & talis usus ad liberalitatem spectat: de quibus usibus considerandũ est, &

e 2. 2 *Quales sunt secundum modificationem rectæ rationis*; de quâ modificatione Arist. Cicero, & Seneca, nobis multas regulas observandas tradiderunt aliam ex parte ipsius

f 2. 2 *Ejus cui datur*: non enim oportet dare pravis, sed indigentibus, aut amicis, honestis, & morigeratis; aliis enim dare est prodigi, non liberalis; dans enim bona male utenti particeps efficitur talis usûs, unde Sen. de beneficiis, *pecuniam non dabo illi, quem consumpturum adulterè sciam, ne in societate turpis facti & consilii inveniar.*

Dantem, oportet enim dantem rem acquisiviſſe & possediſſe bene; qui enim dat rem male acquisitam, & possessiam, non dat *dandum*, sed *reddendum.*

f 3. 3 *Doni*, & hoc dupliciter, aut secundum comparationem ipsius rei dandæ ad

Accipientem de quo 2° sunt observanda præcepta, alterum

1 Ut talis res detur, quæ sit proportionata statui recipientis, non enim dandi sunt libri rustico, aut retia scholari.

2 Ut non sit recipienti nociva, non enim ebrioso vinum aut vesano gladius dandus est; sunt enim quædam nocitura petentibus, quæ non

non dare, sed negare est beneficium.

f 4 4 *Loci, & temporis*; ipsa enim oportet congrua observare, nam quædam, inquit Seneca, danda sunt,

Palam, ut quæ consequi glorioſum est, ut militaria dona, & honores, & quidquid notitia pulchrius fit.

Tacite, ut quæ non honorationem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiæ; ut nota sint solis, quibus prosint, interdum etiam qui juvatur, fallendus est, ut bonum habeat, nec sciat à quo acceperit.

f 5. 5 *Modi dandi*; requiritur enim ut citò detur donum, unde proverbium, *qui cito dat bis dat*: unde Seneca, *ingratum est enim beneficium, quod diù inter manus dantis adhæsit, quod quasi agrè dimittere visus est, & sic dare ac sibi eripere tur*, proprium enim benefacientis est cito facere, qui enim tarde, & de die in diem protrahens profuit, quasi non ex animo fecit, is duas res maximas perdidit, & tempus, et argumentum bonæ voluntatis.

* Ita ut si quis in dando in aliqua harum conditionum defecerit, ipse non liberalis, sed prodigus est; ita ut prodigum quis potest agere tot modis, quot ad liberalitatis actionem circumstantiæ requiruntur.

Actus liberalitatis quidam spectant ad ipsarum pecuniarum
- *Generationem*, ut accipere.
- *Possessionem*, aut conservationem, ut custodire.
- *Usum*, ut sunt
  - *Dare*.
  - *Consumere*.

24 *Dub.* Sicut virtus se habet ad bonum ita vitium ad malum, sed virtus omnis cujus utique fuerit virtus, habentem perficit, opúsque ejus bonum reddit, ergo vitium omne et habentem malum: sed prodigalitas non reddit hominem malum, dicente Aristot. quòd prodigus videtur non esse malus, secundum morem.

Resp. Malus

Resp. Malus homo fit dupliciter, aut
- *Simpliciter*, et hoc contingit solum secundum vitia Cardinalibus virtutibus opposita.
- *Secundum quid*, et sic prodigalitas facit hominem malum non simpliciter, sed circa pecunias; priori modo intelligit malum Aristot.

Resp. 2. Homo potest dici malus dupliciter, vel quidem respectu
- *Aliorum*, quia aliis sit injuriosus, et sic Arist. prodigum malum non esse dicit.
- *Appetitus, aut operationis propriæ*, quia appetitum habet expendendi inordinatum, et non moderatum rectâ ratione, et sic prodigus est malus.

25 *Dub.* Prodigus est qui superabundat in datione; sed talis non opponitur liberali, dicente Arist. liberalis autem est vehementer superabundare in datione, et derelinquit sibi ipsi minora.

Resp. Posset quis dici superabundare in datione, vel respectu
- *Multitudinis datorum*, & sic forsan in dando potest liberalis magis abundare, quàm prodigus, potest enim plura dare quàm prodigus; interim ut ipse non sit prodigus.
- *Modi, & circumstantiarum*; aut
  - *Datorum*, & sic excedit liberalem prodigus, quia liberalis ea solùm quæ sunt sibi superflua, at prodigus omnia dat, & superflua, & necessaria.
  - *Dandi*, & sic liberalem excedit prodigus, vel quia dat
    - 1 *Plus* quam ejus facultas patiatur, aut quam status ejus requirit cui datur.
    - 2 Illis quibus non oportet, sc. histrionibus aut comœdis, adulatoribus, &c. cujus dationis, multæ sunt deordinationes:
      - 1 Ducit ad illiberalitatem & rapinam.
      - 2 Dat malis occasionem male faciendi, pravi enim pravè utuntur bonis sibi datis.
      - 3 Ducit ad intemperantiam, & tandem ad corporis, & aliorum bonorum consumptionem.

26 *Dub.* Nullum vitium provenit nobis à natura, nihil enim naturale vitiosum est, sed illiberalitas est naturalis hominibus, quia provenit à senectute, quæ est naturalis: dicit enim Arist, quòd senectus videtur illiberales facere, & magis esse connaturale hominibus prodigalitate. Ergo.

Resp. Nulla quidem vitia sunt à natura,
- *Immediatè* & directè, quod de necessitate naturam consequantur talia vitia.
- Sed *dispositivè*, quia aliquæ dispositiones à natura provenientes inclinant, vel sunt occasiones inclinandi ad vitia, & ita est de senectute ad illiberalitatem.

27 *Dub.* Omne vitium est sanabile aliter virtutes & vitia non essent in nostra potestate; sed illiberalitas est insanabilis secundum Arist. in hoc capite, ergo.

Resp. Dicitur insanabile { Non *absolutè* per respectum ad impossibilitatem. / Sed *comparatè* per respectum ad difficultatem.

Notandum quod istæ sequentes septem virtutes, quæ sunt, scil. *charitas divina, philanthropia, misericordia, personalis amicitia, magnificentia, justitia, liberalitas*, distinguuntur & penes

1 *Objecta prima*, eò quòd objectum primum
- 1 *Charitatis divina* sc. amoris illius infusi, quo diligimus Deum, est ipse Deus ut Deus; nam quamvis multa alia ex charitate diligamus, ille tamen primum objectum est gratiâ cujus cætera diligimus.
- 2 *Philanthropia* est homo ut homo, in toto humano genere.
- 3 *Misericordiæ* est homo non absolutè ut homo, sed ut homo subjectus miseriæ, est enim misericordia virtus relevandi calamitates miserorum.
- 4 *Personalis amicitiæ* est homo sociali familiaritate conjunctus amanti lib. 8.
- 5 *Magnificentiæ* est operabile magnum ut magnum ut cap. sequenti.
- 6 *Justitiæ* est justum ut justum, cap. 5.
- 7 *Liberalitatis* est pecunia ut utilis, quia hâc ratione est virtus circa pecunias & non aliter.

2 *Fines electos*: ad quod notandum qd omnes istæ virtutes

Conveniunt &
- In *dando*, nam omnes dant.
- In *modo dandi*, nam dant quibus oportet.
- In *volendo* dare, nam hoc omnes eligunt.

Differunt in fine dandi, eò qd ipse finis propter quem dat
- 1 *Charitas divina* est dare pauperi, ut in hoc serviat creatori ejus, præstituens sibi pro fine cultum Dei.
- 2 *Philanthropia*, est ut benefaciat homini in quantū est homo.
- 3 *Misericordia*, ut relevet miseriam calamitosi.
- 4 *Personalis amicitia*, ut amico benefaciat.
- 5 *Magnificentia*, ut per hoc operetur & efficiat aliquod magnum opus, non intendens honorem vel commodum vel gratiam alicujus, sed tantum bonitatem magni operis.
- 6 *Justitia*, ut suum reddat alieno.
- 7 *Liberalitas*, ut bene utatur pecuniis.

28 *Dub.* Quorū privationes non ſunt diſtinctæ, nec ipſi habitus, ſed privationes liberalitatis & charitatis non ſunt diſtinctæ in eodem, legitur enim *qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum egentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* *Joh. 1. cap. 3. v. 17.* Ergò.

Reſp. Quamvis ad privationem quandam communem, quæ eſt non velle dare, ſequatur privatio & liberalitatis, & charitatis, tamen ipſæ privationes diſtinctæ manent.

29 *Dub.* Quorum opera ſunt indiſtincta, & ipſi habitus ſunt indiſtincti, ſed opera liberalitatis, & miſericordiæ ſunt indiſtincta, utriuſque enim opus eſt dare quibus oportet, & quando oportet; ſcil. maximè indigentibus tempore neceſſitatis.

Reſp. Negatur major: miſericordia verò & liberalitas ipſa reverâ, ſcil.
- Conveniunt ſolùm in exteriori opere.
- Differunt &
  - Interiori electione.
  - Exteriori fine electionis.

30 *Dub.* Virtutes illæ non ſunt diſtinctæ quæ ſolum differunt magnitudine, & parvitate, dicente ſic philoſopho, quod nihil prohibet liberaliorem eſſe minora dantem, ſi à minoribus det, ergò dare minora aut majora non variant ſpeciem liberalitatis, ſed magnificentia & liberalitas hoc ſolo modo differunt, ut cap. ſeq. dicitur.

Reſp. Non ſolum differunt magnitudine & parvitate, ſed dicit hanc differentiam eſſe, quia magnificentia ſemper attenditur ad magnitudinem operis, liberalitas non, ſed ſolum ad bonum uſum rei utilis: & ideò loquens de utraque dicit magnitudinem illam eſſe relativam, quia magnitudo pecuniæ, quâ utitur liberalis, refertur ad *quantitatem pecuniæ*, unde ſumitur: ſed magnitudo pecuniæ, ſecundum quod eâ utitur magnificus, refertur ad *quantitatem operis*, quod per pecuniam efficitur.

31 *Dub.* Virtus diſtributiva pecuniarum, in diſtribuendo diſcernens inter dignos & indignos, eſt juſtitia, ut patet lib. 5. ſed talis eſt liberalitas, ipſa enim etiam diſcernit, quia non dabit quibuſlibet, puta indignis, ut poſſit dare quibus oportet, ut hîc dicitur, ergò liberalitas eſt juſtitia.

Reſp. Digni & indigni poſſunt quidem ſumi dupliciter, nimirum vel
- Secundum quod meruerunt vel demeruerunt, ſic quod iis propter merita debentur præmia, propter demerita ſupplicia, & ſic inter eos diſcernit juſtitia, reddens cuique quod ſuum eſt.
- Secundum quod illi meliores, ſeu deteriores, abundantiores ſeu indigentiores, ſic quod nec iſtis nec illis debentur munera, & ſic inter dignos & indignos diſcernit liberalitas, non reddens ei debita, ſed liberè & ſponte dans melioribus & indigentioribus munera ſua.

32 *Dub.* Tanto vitium eſt majus, quanto majori virtuti opponitur, ſed prudentia eſt præcipua virtutum cui opponitur prodigalitas, cùm prodigi ſint inſipientes, ut in textu dicitur, ergò eſt pejor illiberalitate.

Resp. Omne vitium peccat contra prudentiam, magis tamen avaritia, quàm prodigalitas, eò quòd quidem peccat uterque, sed tamen

Prodigus ex inconsideratione, non enim habet animum valde depravatum, cum inclinationem habeat ad honestum.

Illiberalis ex mala electione, ipse enim præponens secundum appetitum utile honesto, habet & appetitum & animum depravatum & facientem errare rationem, quod pejus est quàm peccare per inconsiderationem.

33 *Dub.* Pejus est dare quibus non oportet, quod est prodigalitatis, quàm non dare quibus oportet, quod est avaritiæ; quia subtrahere bonum morale pejus est quàm subtrahere bonum temporale; sed dans quibus non oportet, nutrit eos in sua pravitate, nutriens autem pravum subtrahit ab eo bonum moris: sed non dans quibus opertet, subtrahit solùm bonum temporale.

Resp. Negatur Antecedens, & ad confirmationem dico, quod dans quibus non oportet, non subtrahit bonum morale, nisi per accidens, quia non dat ex intentione, quod recipiens male utatur dono, sed solùm ex intentione honestatis apparentis: pravitas autem recipientis est illa, quæ à se subtrahit bonum morale per se, sed non dans quibus oportet subtrahit abipsis bonum temporale, & à seipso bonum morale magis quam prodigus.

34 *Dub.* Pejus est perdere bonum utile quam servare, quia servato ipso possumus aliquando in posterum uti, bono autem perdito non possumus: sed dans quibus non oportet dare, perdit pecuniam suam, non dans autem quibus oportet, saltem servat pecuniam: Ergò.

Resp. Melius est totam perdere pecuniam, quàm circa ipsam male affici.

35 *Dub.* Illud pejus est, ad quod pejora sequuntur, sed ad dare quibus non oportet pejora sequuntur, quia si datur malis, illi male utendo datis pejores efficiuntur, at si non datur bonis, quibus oportet dare, ipsi propter hoc non efficiuntur pejores.

Resp. Imo pejus sequitur in non dante quibus oportet, scil. major appetitus depravatio; sed in aliis potest sequi pejus ad dare quibus non oportet, sed tamen hoc est præter dantis intentionem, & per accidens, ideò non valet.

Prodigorum quidam dant quibus non oportet

Ex dilectione ipsius dationis, secundum se, in quantum ipsa datio secundum se videtur esse bona, nam omnis datio secundum se honesta est, nisi sequatur aliquod inhonestum, & hi simplices prodigi appellantur, avarisque meliores sunt.

Ex aliis occasionibus, sicut quidam dant pecuniam meretricibus propter fornicationem, alii histrionibus propter delectationem, alii adulatoribus propter laudationem, alii omnibus propter ostentationem; & hi qui compositi prodigi dicuntur avaris pejores sunt.

Loquendo propriè illiberalitas ab avaritia

1 Quia avaritia est injustitia quædam lib. 5. & est circa redditionem, & circa acceptionem, & detentionem redditioni oppositas: at illiberalitas circa dationem.

2 Quia avaritia non semper concomitatur illiberalitatem, quia aliqui agunt interdum illiberaliter parcè vivendo, cùm sint divites, sine avaritia aut injustitia, avaritia tamen concomitatur

ritia

titia distinguitur | illiberalitatem, & in non dando quibus oportet in extrema necessitate positis, eò quòd tum dare non est solùm dare, sed reddere, & in accipiendo, unde non oportet rem alienam sine causa legitima, hæc enim est manifesta injustitia.

36 *Dub.* Ea eadem sunt quorum opera sunt eadem, at lenocinium, usura, latrocinium, & spoliatio mortuorum sunt opera illiberalitatis, ut inquit Philosophus: constat autem quòd sunt opera avaritiæ & injustitiæ, lib. 5. Ergò.

Resp. Accipere per latrocinium aut spoliationem &c. potest esse unde non oportet, dupliciter,
- Altero modo, quia prohibet hoc lex justitiæ, dicens non furaberis, & hac de causa sic accipere est injustè et avarè agere.
- Altero modo quia prohibet hoc mos liberalitatis, qui non est acceptivus sine decentia, et hac de causa sic accipere est illiberaliter agere.

An usura sit mala, & an sit sub avaritia per se?

Notandum quod res quædam sunt, quarum
- Usus & consumptio non distinguuntur, ut vinum, granum, oleum, pecunia, pro quorum usu aliquid ultra solitum exigere, est, (si attenderes) aut id quod non est vendere, sed hoc est contra jus naturæ, aut eandem rem bis vendere, quod est contra legem justitiæ; non ergo licet pecuniam pro usu pecuniæ accipere, quandoquidem ipsam pecuniam in suo usu consumere est collocare.
- Usus & consumptio differunt, ut usus domus est inhabitatio, non autem dissipatio ejus; & in istiusmodi rebus, licet pro ipso usu aliquid (reservato sibi rei dominio) postulare.

37 *Dub.* Usus pecuniæ, ut ait Arist. in *lib. 5. Ethic.* est *res in commutatione adæquare*, ergo consumi non est ejus usus.

Resp. Nego argumentum: Nam etsi res commutabiles adæquare, sit quidam usus pecuniæ proprius tamen & principalis usus pecuniæ est consumptio seu distractio, secundum quod in commutationes expenditur, unde illicitum est pro usu ejusdem mutuatæ aut consumptæ pretium accipere.

38 *Dub* Nullus contractus voluntarius & commodus est per se malus, sed usura sæpe est talis contractus, ergo non est per se malus.

Resp. Voluntarium sumitur vel
- *Simpliciter*, & sic non est usura respectu recipientis.
- *Ex parte*, & sic est: præterea malum usuræ ex intentione perdet, quæ est contra legem, naturam, & societatem.

39 *Dub.* Leges permittunt usuram ergo non est mala per se.

Resp. Aliud est aliquod malum
- *Permittere* & tolerare, quod faciunt leges, sæpe enim ipsæ permittunt malum ne majus in civitate periculum sequatur.
- *Sancire* & approbare, quod non faciunt leges, imò à malo dehortantur.

Notandum

Notandum quod recipere ultra ſortem, poteſt eſſe vel in

Relevationem damni, ſcil. quia mutuans alteri ſuam pecuniam, ex tali mutuatione aliquod damnum incurrit, & hoc eſt licitum; vel ſaltem non eſſet ſecundum ſe illicitum, ſi non eſſet prohibitum.

Acquiſitionem lucri, ut ſcil. mutuans alteri pecuniam, nullum damnum recipiat ex mutuatione, ſed quod pecunia ſua tantum valeat in manu aliena, quantum in manu ſua, & hoc modo uſura non eſt licita.

☞ Et quod hæc uſura licita non ſit, oſtenditur ex

1 *Conditione naturalis hominis*, qui eſt natura animal civile, & communicativum 1. Politi: unde ex hujuſmodi naturæ debito, alteri obligatur ad illud quod illi prodeſt, & ſibi non nocet, & non eſt æquum requirere lucrum in eo, quod ex debito facit.

2 *Conditione miſericordiæ*, quia miſericordia eſt triſtitia de miſeria alterius, naturale autem eſt velle oppoſitum ejus quod infert triſtitiam.

3 *Conditione liberalitatis*, quia lucrum ab indigente expoſcere, à quo nullum damnum recepit, turpis lucratio eſt, & ad avaritiam ſpectat, eſt enim accipere unde non oportet.

4 *Conditione juſtitiæ*, quæ in æqualitate lucri & damni conſiſtit, quoniam injuſtum eſt pro re ſemel commutatâ pluries pretium accipere, quod fit in uſura. Ergo.

40 *Dub.* Quod eſt licitum recipere, eſt etiam licitum cum pacto recipere, quod eſt uſuræ; ſed pro conceſſione pecuniæ licitum eſt recipere lucrum; *major* oſtenditur quia velle vel pactum, non vitiat operationem ſecundum ſe licitam, cum in omni legitimo contractu interveniat velle, & cum pacta ſint de jure naturali, ut habetur in principio decretorum: *minor* oſtenditur, quia gratiam facienti licet accipere remunerationem, ſive recipiens hoc debet facere libr 5. Ergo.

Reſp. Aliquid dupliciter recipi poteſt, vel per modum

Debiti, & ſic eſt verum quod omne quod licitum eſt recipere, licitum eſt cum pacto velle recipere.

Doni, & ſic illud non eſt verum, quia pactum tollit doni rationem, cum verò dicitur quòd propter conceſſionem pecuniæ licet recipere pecuniam, verum quidem illud eſt ſed per modum *doni*, non *debiti*, nam unum eſt *liberalitatis*, alterum *avaritiæ*.

☞ Si vero dicatur quod licet recipere lucrum per modum debiti, tunc dicendum, quòd recipientem debere aliquid mutuare propter valorem pecuniæ traditam, poteſt intelligi dupliciter, nimirum vel

Quod debet ſibi aliquid ejus, cujus uſum habuit, puta pecuniam, vinum vel gladium, & hoc eſt falſum quia gravaretur.

Quod debeat ſibi honoris alicujus impenſionem per gratias aut hujuſmodi, & hoc eſt verum; quia mutuans illam pecuniam indigenti opus fecit virtutis; præmium autem virtutis eſt honor, nec in hoc alter gravatur, quia in hoc nihil amittit utilis aut honeſti.

De

De Magnificentia Cap. 2.

In hoc capite observantur, &

Explicatio, quæ consistit partim in

Definiendo & quidem

1 *Magnificentiam*, quæ est virtus inclinans ad magna opera, magnosque sumptus secundum debitas circumstantias faciendos.

2 *Parvificentiam*, quæ est habitus inclinans aut
- 1 Ad non facienda magna quæ oporteret facere.
- 2 Ad ea facienda minora.
- 3 Idque cum minoribus sumptibus aut tardiùs quam oportet.

3 *Banausiam*, quæ est habitus inclinans aut
- 1 Ad facienda magna opera, quæ non oportet facere, consideratis circumstantiis.
- 2 Ad facienda majora, quàm oporter.
- 3 Universaliter ad facienda magna opera circumstantiis concurrentibus talibus, cum quibus talia facere non oportet.

Distinguendo

1 *Pauperem*, qui capitur tripliciter scil: aut
- 1 Pro homine opibus indigente solùm, & hic potest esse magnificus quoad habitum animi, quamvis adversæ fortunæ flatu agitatus divitiis careat.
- 2 Pro homine affluente opibus, usu tamen carente, qui non potest esse magnificus.
- 3 Pro homine cui et animus excelsus, & opes desunt; & hic magnificus esse non potest
  - 1 Quia non habet *materiam*.
  - 2 Quia non novit *usum*.
  - 3 Quia ignorat agere secundum habitum.

2 *Magnificentiam*, & quidem

A liberalitate, idq; in
- 1 *objecto*, ejus enim objectum est operabile magnum ut magnum, liberalitatis vero pecunia ad illud operandum necessaria.
- 2 *A fine* quia finis ejus est magnum opus efficere, liberalitatis verò debitè uti pecuniis.
- 3 *Modo sumptuum*, seu instrumento, eo quòd magnificentia magnis, liberalitas mediocribus sumptibus utitur.

In sua significata, eo quod a-
- *Divina*, quæ respicit Dei cultum, vel in
  - Templis deo sacris.
  - Beneficiis ad tè plorum usum conferendis.

lia magnificentia est
- Humana, quę respicit Reipub: dignitatem vel in
  - 1 Ædificiorum ornatu.
  - 2 Conviviorũ & ludorum apparatu.
  - 3 Beneficiorum magnitudine.
  - 4 Operum excellentium usu & pulchritudine.

Dubitationes.

1 *Dub.* Liberalitas tenet medium, sed magnificentia excedit liberalitatem, ut est in textu, ergo magnificentia non tenet medium, & ex consequenti non est virtus.

Resp. Magnificentia excedit liberalitatem
- Non quoad *essentiam virtutis*, quia non est melior.
- Sed quoad *existentiam ornatûs*, quia est cultior & splendidior virtus.

2 *Dub.* Oppositæ magnificentiæ in reprehensionem non cadunt, ut ait Arist. in fine hujus cap. ergò magnificentia non est laudabilis.

Resp. Reprehensio extremorum sumitur bifariàm aut
- *Fusè*, & sic extrema magnificentiæ reprehensione non carent.
- *Strictè*, pro eo, cui annectitur infamia, & sic dicit Aristot. illa in reprehensionem fere non incurrere, quia nec proximis noceant, nec insignem habeant deformitatem.

3 *Dub.* Pauper potest esse prudens, ergò potest esse magnificus, quia omnes virtutes morales sunt connexæ in prudentia, 6. *Eth. cap.* 13.

Resp. Pauper potest esse magnificus
- Quoad *habitum animi*:
  - Vel potest habere prudentiã
    - Circa materiam aliarum virtutum.
    - Non circa materiam magnificentiæ.
- Non quoad *ornatum virtutis*:

Notandum quod magnificentia est liberalitate nobilior, propter
1. Magnitudinem rei, circa quam versatur.
2. Dignitatem personæ agentis.
3. Splendorem actionis.
4. Usum qui est plerumque totius civitatis.

4 *Dub.* Liberalitas est communius bonum, ergò melius, argumentum est in 1. cap. 5. Ethic. & in 3. Top. Antecedens ostenditur, quia liberalitas, ut ait Philosophus in textu, est circa omnes pecuniarum usus, at magnificentia non est, ut in hoc textu concluditur. Ergò,

Resp. Una virtus aliâ communior dicitur, vel respectu
- Frequentioris actûs, sic revera liberalitas est magnificentia communior.
- Insignioris usûs, & sic magnificentia est communior, quia ad usum totius civitatis immediatè refertur.

Fundatores

Fundatores templorum & donariorum in cultum Dei sunt magnifici, & respectu
- 1 Magnorum sumptuum quos expendunt.
- 2 Maximarum rerum quas faciunt.
- 3 Divinarum laudum, quas maximè intendunt.

Magnificentia se habet ad liberalitatem, sicut fortitudo contracta per applicationem ejus ad pericula mortis in bello, se habet ad fortitudinem simpliciter & communiter acceptam; & sicut temperantia contracta ad virginitatem, se habet ad temperantiam: & sicut non decet quemlibet ad bellum ire, nec quemlibet esse virginem, ita nec decet quemlibet magnificum esse.

Repugnat enim pauperi magnificentia
- Non quidem secundum habitum & essentiam ejus.
- Sed secundum actus
  - Non quidem interiores animi, quos perfecte habere potest per virtutem.
  - Sed exteriores corporis, quos habere non potest defectu facultatis.

Aliquis potest excedere circa materiam magnificentiæ dupliciter
1. Ex solo affectu magna faciendi, & tunc erit ei simplex & vera *banausia*, & tali *banausoe* pejor est parvificus.
2. Ex aliquo altero, scil: gratiâ lucri, aut luxuriæ, aut vani honoris, aut turpis alicujus delectationis, aut quoquo modo fraudandi gratiâ, & tunc non est ibi *banausia* simpliciter, sed aliquod vitium majus secundum exigentiam finis principaliter intenti, & talis *banausus* pejor est avaro, non ratione *banausiæ*, sed aliorum vitiorum, cum quibus ipsa conjungitur.

5 *Dub.* Sicut omnis virtus est laudabilis, ita omne vitium est opprobriosum, sed parvificentia & banausia non sunt opprobriosa, quia dicit hic Arist. quod opprobria non inferunt, Ergo non sunt vitia.

Resp. Sunt quidem vituperabiles licet non opprobriosæ, quoniam opprobrium specificat vituperium, contrahendo ipsum ad infamiâ, vel ad gravem contumeliam.

6 *Dub.* Aristoteles in quadam epistola ad Alexandrum superlaudat ratiocinationem & consilii diligentiam, ipse autem dicit in hoc libro, ratiocinii autem diligentia est parvifica: Ergo parvificentia est laudabilis, at nullum vitium est laudabile. Ergò.

Resp. Diligentia ratiocinandi capitur aut pro
- Nimia perscrutatione, & computatione ad minima in expensis, & hæc est parvificentia vituperanda.
- Debito & diligenti consilio de agendis, istamque collaudat Aristot.

7 *Dub.* Si banausia esset vitium, hoc esset, quia ratione excessûs opponeretur magnificentiæ, sed hoc est impossibile, quia magnificentia à magnitudine nomen accepit: sicut dicit Aristot. Ergò quanto major erit excessus in magnitudine, tanto magis erit magnificentia.

Resp. Nomen magnificentiæ prout ipsum est nomen virtutis sumitur quidem ab ipsius operationis magnitudine, id tamen
- Non *absolutè* quâlibet.
- Sed *comparatè*, scil. eâ quæ est rectæ rationi consona.

8 *Dub. Banausus* peccat cum lætitia & gloriâ, *parvificus* autem cum tristitia ut dicit Aristot. peccatum autem tanto pejus est quanto est magis voluntarium, &

cum majori lætitia, Ergò banausia est deterior parvificentia.

Resp. Parvificus si tristetur, hoc non est de eo quòd in opere est malum, sed de eo quod in opere est bonum: modò vitium est æquale vel majus tristari de bono, ac lætari de malo.

9 *Dub.* Deterius est facere, quod non oportet, & dare quibus non oportet, & expendere ubi non oportet, quàm facere quod oportet, & dare quod oportet, & expendere ubi oportet, non tamen sicut oportet, sed hoc est parvifici, illud profusi. Ergò.

Resp. Parvificus sæpè nihil facit ejus quod oportet, sed ab opere toto desistit, quia expensas abhorret. Et si quid facit ejus quod oportet, tamen non facit totum quod oportet sed minus. Banausus autem semper totum facit quod oportet, & ubi & quando, licet & cum hoc plus faciat quàm oportet, & ubi & quando non oportet.

10 *Dub.* Circa materiam eandem, eundemque materiæ usum non sunt duæ virtutes morales, altera namque superflueret, sed liberalitas est circa pecunias, Ergo magnificentia non est.

Resp. Est circa pecunias, & { *Liberalitas*, ut circa *objectum*. *Magnificentia*, ut circa *instrumentum*, quo circa suum objectum, scil. operabile magnum, utitur, pecunia itaque est materia liberalitatis, non tamen magnificentiæ nisi instrumentum.

Resp. 2. Differunt liberalitas, & magnificentia, { Non aut { *Materia*, aut *Usu materia*, si pecuniam utriusque materiam dicamus. Sed *diversa relatione ipsius usûs*, & sic circa ipsum diversæ virtutes versari possunt.

11 *Dub.* Majori malo opponitur majus bonum, sed majori malo opponitur liberalitas, quàm magnificentia, quia illiberalitas est opprobriosa, ut in cap. priori dicitur, parvificentia vero non, ut hîc habetur; Ergo liberalitas est nobilior virtus, quàm magnificentia.

Resp. Majori malo opponitur majus bonum, verum est contrariè, non autem de omni oppositione. Magnificentiæ autem parvificentia non est contraria, nam licet hæc ab ea deficiat, non tamen contrariatur ei, contrarium enim magnificentiæ est vitium electivum, & operativum maximorum malorum circa divina, & circa humana communium; illud autem contrarium esset pejus illiberalitate.

12 *Dub.* Virtus quanto amabilior, tanto melior, sed liberalitas est amabilior quàm magnificentia, ut suprà cap. *De liberalitate*; quia illa videtur tendere ad utilitatem propriam, liberalitas ad aliorum commodum.

Resp. Virtus amabilior amore quo amatur honestum, tanto melior est & nobilior, sed non est melior si sit amabilior tantum alio amore; scil. utilis, aut delectabilis: liberalitas autem non est cæteris virtutibus amabilior, nisi amore utilis, quare nec simpliciter erit melior. Et iterum ratione utilis, non est à communitate amabilior quàm magnificentia, licet sit amabilior à personis privatis, & familiaribus.

Virtus una alterâ communior dicitur dupliciter, aut ratione
- 1 *Actûs*, quia plures actus habet una quàm alia, & circa plura particularia negotia.
- 2 *Objecti*, quia objectum unius est communius hominibus, quàm objectum alterius; sic quod magis concernit communitatem, & hoc modo magnificentia liberalitate mommunior dicitur, quia liberalitas in quantum liberalitas non concernit commune bonum, sed in quantum magnificentia ipsum concernit, cui semper annexa & consociata est liberalitas, licet non semper liberalitati magnificentia conjungatur.

De Magnanimitate. Cap. 3.

In hoc capite observantur, &

Explicatio, quæ consistit partim
- In *Definiendo*, & quidem
  - 1 *Magnanimitatem*, quæ est mediocritas inter pusillanimitatem, & elationem animi, quæ in magnis & summis honoribus acquirendis humanum appetitum dirigit, & moderatur.
  - 2 *Superbiam*, quæ est vitium, quo ad gloriam appetendam inclinamur, quâ sumus prorsus indigni. Cujus comites sunt insolentia, jactantia, ambitio, discordia, seditio, curiositas, & philautia.
  - 3 *Pusillanimitatem*, quæ est vitium, quo abjectâ mente, & ineptâ voluntatis in fugendis honoribus defectione versamur.
- In *Ostendendo* magnanimitatis, &
  - *Partes*; quæ sunt, & *Humilitas*, quæ purpura; *Patientia*, quæ anchora — viri magnanimi dici potest.
  - *Proprietates*, quæ multæ recensentur ab Arist. et sunt, aut
    - *Interna*, ut 1. Honestè & decorè honores appetere. 2. Heroicè in illis acceptis se gerere. 3. Inanem populi strepitum, laudemque contemnere. 4. Suas res gestas non prædicare. 5. Rebus secundis non efferri. 6. Adversis non deprimi. 7. Non recordari injurias. 8. Assentatores & parasitos à se longè abigere. 9. Solùm à veritate & conscientiâ in omnibus actionibus suis pendere.
    - *Externa*, 1. ut sit in magnanimi incessu quædam majestas. 2. In voce gravitas. 3. In oratione firmitas & constantia.

In *Distinguendo*, tùm quidem

- *Magnanimitatem*, quæ capitur dupliciter, aut
  - 1 *Communiter*, et sic in objectis fortitudinis, aliarumque virtutum versatur.
  - 2 *Propriè*, et sic consistit in honoribus, vel
    - *Appetendis* { Justè, ne injurioſi / Modestè, ne odioſi } simus,
    - *Accipiendis* { Parcè, ne ambitioſi / Decorè, ne superbi } simus.
    - *Perfruendis* { Sobriè / Cautè / Fructuosè } respectu { Rustici. / Hostis. / Civitatis. }
- *Honorem*, qui capitur tripliciter, aut quidem respectu
  - 1 *Causæ ejus* præcedentis, & sic est rei honorabilis, scil. propter quam homo debet honorari; quædem autem res est honorabilis, aut
    - Secundum seipsam, ut virtus & virtutum opera.
    - Per attributionem ad ipsas virtutes, aut opera virtutum, qualia sunt omnia humana bona, quibus contingit bene & male uti, si sint organa quibus uti possumus ad exercendum opera virtutum; v. g. virtutes corporis, nobilitas, amici, divitiæ, aut officia quæcunque. Res enim tales dicuntur bonæ & honorabiles, secundum attributionem ad virtutem, in quantum virtuti annectuntur.
  - 2 *Substantia* ejus, & sic est exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis, & sic sumptus honor quidem includit, tum quidem
    - *Materiale*, quod est ipsa operatio, aut res ipsa operata, vel quodcunque quod innatum est pet modum reverentiæ exhiberi; aut designare virtutem, aut existentiam ejus, cui vel pro quo exhibetur, & hujusmodi honoris materialiter accepti, dicit Arist. 1. Rhetor. pattes esse sacrificia, recordationes in metris, primoritatem sedis, *&c.*
    - *Formale*, quod est designatio virtutis, aut excellentiæ ejus cui vel pro quo aliquid exhibetur: nam inclinatio capitis possit derisoriè exhiberi, & non esset tunc honor, sed dehonoratio, sed tunc esset

- esset honor si in signum virtutis & excellentiæ exhiberetur.
- 3 *Effectus*, & sic est opinio, quæ per hujusmodi reverentiæ exhibitionem generatur, quę vel fit apud
  - *Alios*, & tunc idem est honor, quod bona fama, vel saltem pars, vel principium bonæ famæ.
  - *Ipsum*, cui honor exhibetur, & tunc ipse honor efficit, aut
    - *Interne* { Exaltationem, Delectationem } mentis.
    - *Externè* utilitatem, quando scil. res in modum honoris exhibitæ manent post actualem exhibitionem, sicut dona militaria, & officiosæ dignitates.

Dubitationes.

1 *Dub.* Quæcunque eadem sunt essentiâ, distinctè non tractarentur, sed tales sunt magnanimitas et modestia, Ergo.

Resp. Non sunt: sed hoc concesso in iis considerantur duo
- *Essentia*, et quantum ad hanc una tractatio sufficeret.
- *Modus*, qui cum sit diversus, ideoque ipse distinctè tractari debent.

2 *Dub.* Magnanimitas contrariatur virtuti, scil. humilitati, ut ostenditur ex textu, ubi dicitur, quod magnanimus putat se dignum magnis honoribus, aliósque præ se contemnit: at humilis his plane contrarie facit, Ergo magnanimitas non est virtus.

Resp. In humili considerantur, et
- Habitus internus animi, secundum quem novit et judicat se dignum honoribus, qui sibi ex præscripto rectæ rationis afferuntur.
- Actus externus, secundum quem alios sibi præponit, quia studio potius contemplativæ quam activæ vitæ delectatur, hanc enim consultò eligit, illam tamen non negligit.

3 *Dub.* Omnis virtus est circa bonum quod est in agente, sed magnanimitas est circa honorem, qui est in honorante, et non in honorato. Ergo.

Resp. Duplex est *objectum* magnanimi:
- *Externum*, quod est honor.
- *Internum*, quod est moderata appetitio honoris, & hæc in ipsæ magnanimo reperitur.

4 *Dub.* Magnanimitas versatur circa objecta aliarum virtutum, ut patet in textu. Ergo non est distincta virtus.

Resp. Magnanimitas capta
- *Communiter* & *heroicè*, circa objecta aliarum virtutum versatur.
- *Propriè*, ut supra definitur, & sic est distincta virtus.

5 *Dub.*

5 *Dub.* Omnis contemptor est malus, at magnanimus est contemptor. ut dicitur in textu. Ergo.

Resp. Contemptor est, vel
- *Persona*, qui est malus.
- *Vitii*, qui est bonus; quomodo magnanimus superbos, & insolentes contemnit.
- *Vanarum* & caducarum *rerum*, quas etiam contemnit magnanimus.

6 *Dub.* Verecundia non est in bonis, at est in magnanimo, ut patet in textu, Ergo magnanimus non est bonus.

Resp. Verecundia sumitur, pro
- Affectu, & sic non est in magnanimo.
- Effectu modestiæ, & sic inest.

7 *Dub.* Magnanimus non recordatur beneficii accepti, ut est in textu. Ergo est ingratus.

Resp. Non recordatur ut novum accipiat, sed meminit, ut grati animi officium persolvat.

8 *Dub.* Magnanimus magnitudine quidem est extremus, ut dicit Arist. virtus autem in medio consistit, ergo magnanimitas non est virtus.

Resp. Magnanimitas est in
- Extremo rei.
- Medio rationis.

9 *Dub.* Si sit virtus, aut ergo generalis, aut specialis, non generalis, quia illa est legalis justitia, lib. 5. Non specialis, quia magnanimi est quid in omni virtute magnum.

Resp. Est
- *Specialis*, quoad essentiam distinctam ab aliis.
- *Generalis*, quoad præsupposi-tionem, quia præsupponit alias virtutes propter quas appetit honores, ita ut ordinantur hæc in magnanimo
  1. Virtus, unde petit honoris dignitatem.
  2. Dignitas honoris, unde petit honores.
  3. Honor, qui est remuneratio virtutis, unde non principaliter appetit honores propter se, sed quia est eis dignus, nec existimat se dignum, nisi gratiâ virtutis.

10 *Dub.* Proprietates corporales non conveniunt virtuti morali, sed tales sunt proprietates magnanimi, scil. motus lentus, vox gravis, *&c.* ut est in textu. Ergo.

Resp. Vera est major de proprietatibus convenientibus
- Per *inhæsionem*, aut *prædicationem*.
- Non per *regulationem* & *imperium*, nam licet hæ non conveniant propriè magnanimitati, conveniunt tamen magnanimo per magnanimitatem non sine rationis regula.

11 *Dub.* Nulla virtus habet pravas conditiones, & aliis virtutibus oppositas, at magnanimus habet, quia est otiosus, tardus, piger, ut est in textu. Ergo.

Resp. Magna-

Resp. Magnanimus dicitur *piger* { Non *propriè*. Sed *secundum similitudinem* quandam, nam ad majores operationes intentus videtur oblivisci minores, quæ sæpius occurrunt, ideo videtur esse otiosus.

12 *Dub.* Magnanimus non potest ad alios vivere, ut est in textu, quod est contra vitam Politicam, ut patet 1. Politic: Ergo.

Resp. Non potest ad alios vivere, scil. { *Adulatores*, & solatia sensualia affectantes, Sed *bonos* & honestos potest.

13 *Dub.* Magnanimus non est memor mali, quod est contra prudentiam. ergo.

Resp. Magnanimus est memor mali { *Peccati* & vitii, ad bene operandum. Non *illatæ injuriæ*, ad vindicandum.

14 *Dub.* Magis possidet infructuosa quàm fructuosa, ut ex textu patet, quod est iterum contra prudentiam, ergo.

Resp. Magnanimus possidet infructuosa, loquendo secundùm { *Opinionem vulgi*, qui infructuosas appellant possessiones, ubi paucioribus existentibus pecuniis, est magis laborandum. Non secundum *veritatem*, nam ista revera maxime sunt fructuosa.

15 *Dub.* Non est *humaniloquus*, ut est in textu, quod est contra Eutrapeliam. Ergo.

Resp. Non est *humaniloquus*, verum est { In *superabundantia*, quem solum humaniloquum judicat vulgus. Sed est *in modo*, & secundum quod oportet.

16 *Dub.* Non est *laudativus*, ut est in textu, quod est contra Rhetoricam, quæ est pars Politicæ virtutis. Ergo.

Resp. Non est laudativus { Contingenter, aut *adulativè*. Sed *verè* & *moderatè*.

17 *Dub.* Magnanimus non curat laudem, Ergo.

Resp. Magnanimus curat { Principaliter dignitatem laudis propter virtutem; Minus præcipuè & ex consequenti laudem ipsam.

18 *Dub.* Magnanimus manifestè odit, quod est contra amicitiam: Ergo.

Resp. Manifestè odit { Non *honestos*. Sed *improbos*, cum quibus non est amicitia.

19 *Dub.* Magnanimus utitur Ironiâ in multos, quod est contra veritatem, hæc omnia sunt in textu. Ergo.

Resp. Ironia est { Non *falsitas* contra veritatem: Sed *reprehensio malorum* sub verbis contrarium significantibus, quâ adversus malos utitur magnanimus.

☞ Magnanimus { 1 Distractionem intellectus per otium, seu modum pigritiæ. 2 Cupiditatem appetitus concupiscibilis, & per hoc videtur immemor accepti beneficii, quia non cupit talia accipere. 3 Casum appetitus irascibilis, & ideo non est humaniloquus

mitas reſcat { nam ſicut ad parva non habet animum, ſic nec linguam nec manum.
4 Societatem non bonum, & ideo non poteſt cum multis convivere.

An ſit melius honorare, quàm honorari ab alio?

☞ *Honor* capitur { *Fuiè* qui definitur ſignum benevolæ opinionis, & ſic tam malis quam bonis convenit honor.
Propriè, qui eſt ſignum reverentiæ exhibitum alicui, in teſtimonium virtutis, & ſic eſt melius honorari propter inhærentem virtutem.

*Eſt melius honorare quàm honorari, & quidem { Quia honorare eſt intrinſecum bonum, honorari extrinſecum.
Quia melius eſt bene agere quàm bene pati; ut in cap. de liberalitate.

20 *Dub.* Quod competit Deo & quibuſcunque majoribus ut majores ſunt, melius eſt eo quod nec deo competit, nec majoribus ut majores ſunt, ut hic dicitur; ſed honorari & non honorare competit deo & majoribus ut majores ſunt, ut ibidem habetur, Ergo eſt melius honorari quàm honorare.

Reſp. Illud eſt melius quod competit Deo & majoribus { *Intrinſecè* & abſolutè.
Non *extrinſecè* & relativè, ut honorari.

21 *Dub.* Præmium virtutis melius eſt merito virtutis, ſicut finis melior eſt eo quod eſt ad finem; ſed honorari eſt præmium virtutis, ut ait philoſophus, honorare meritum. Ergo.

Reſp. Præmium virtus { *Eſſentiale* { *Remotum*, fœlicitas.
Propinquum, omne opus virtutis.
Accidentale quod eſt honor, & hoc non eſt melius merito virtutis.

22 *Dub.* Quod intenditur à virtute meliori eſt melius, ſed honorare intenditur ab amicitia, honorari à magnanimitate, ut patet. Ergo.

Reſp. Negatur minor, ſed magnanimitas in contemnendis potius quam appetendis honoribus verſatur.

23 *Dub.* Quod eſt appetibilius eſt melius, ſed honorari eſt appetibilius, quia maximè hoc appetimus, ut experientia docet. Ergo.

Reſp. Quod eſt appetibilius ſecundum { *Rectam rationem*, eſt melius.
Non *naturæ pronitatem*, aut inordinationem appetitus.

24 *Dub.* Quod ſoli bono debetur, melius eſt quàm quod eſt commune bono & malo: ſed honorari ſolo bono debetur, honorare autem commune eſt bono & malo. Ergo.

Reſp. Honorare

Resp. Honorare ex { *Affectu* convenit malo. / *Decentiâ* et honestate solo bono.

25 *Dub.* Tum melius esset regi honorare suos servulos quam ab illis honorari, quod est ridiculum; Ergo illud non est melius:

Resp. Melius est Regi { Quantum est ex *persona sua*. / Non quantum spectat ad *rempubl* ad cujus bonum magis debet attendere rex, quàm ad bonum personale.

An magnanimi sit potius contemnere quàm appetere honorem?

Est melius contemnere { Quia animi excelsi est res incertas parvi æstimare. / Quia honor est res fragilis, sive pro statu dignitatis, sive pro applausu multitudinis sumatur.

Si honor capiatur quantum ad suam

1 Causam propter quam honor alicui *principaliter* debetur, scil. pro virtutibus aut virtutum operationibus, tum magnanimus honorem non contemnit sed appetit, aliter enim ipse non haberet rectum appetitum.

2 Causam propter quam alicui debetur honor, non *principaliter*, & *per se*, sed per *attributionem* ad virtutes & virtutum opera, ut amici, divitiæ, dignitates, officia, &c. tunc quidem aut talis honor esset ipsi

Non *detrimentum virtutis* aut operis virtuosi, & tum non contemneret sed appeteret ipsum, quia sunt simpliciter magis eligenda, quàm sua opposita.

Impedimentum studiosorum operum, & tunc statim magnanimus omnisque bonus ipsum debet contemnere.

3 *Substantiam*, & sic magnanimus appetit, ut alii honorent ipsum, idq; quidem

Non *respectu sui*, aut propter se principaliter, nisi solum propter effectus sequentes, scil. bonam famam.

Sed *respectu*

Dei, quia in hujusmodi servi sui honore & reverentia ipse honoratur & glorificatur.

Aliorum, nimirum & eorum

Honorantium, eò quòd honorare justum, & magnanimum, qui honore dignus est, est ipsis honorantibus bona operatio, ipse autem cupit eos bene operari.

Caterorum, eò quòd ipsi

Gaudientes aut videntes ipsum honorari propter virtutem per hoc ad virtutis studium incitari possunt.

26 *Dub.* Ille non contemnit sed appetit honores, qui se honoribus dignum existimat, sed talis est magnanimus, Ergò.

Resp. Honores considerantur aut
- Absolutè secundum se, & sic appetuntur à magnanimo.
- Comparatè, ut possint esse virtutis impedimentum.

27 *Dub.* Honores Deo tribuimus, & honorem maximè desiderant qui in dignitate sunt, honor enim optimis est præmium. Ergò. Antecedens est Aristot.

Resp. Appetit quidem honores,
- Non *propter se* absolutè.
- Sed aut *propter*
  - *Præcedentem virtutem*, per quem est dignus.
  - *Sequentem effectum*,
    - Bonam famam sui.
    - Bonam operationem aliorum.
    - Incitationem cæterorum ad virtutem.

28 *Dub.* Magnanimus delectatur magnis honoribus & studiosis, ut est in textu, ergo ipsos non contemnit.

29 *Dub.* Magnanimus vult superexcellere, & esse magnus inter magnos, ut ait Arist. Ergò.

30 *Dub.* Quilibet (inquit Arist.) appetit secundum dignitatem, at magnanimus est dignus honoribus, Ergò.

31 *Dub.* Omnis homo debet magis appetere quàm contemnere id, quod est eligibile, & propter seipsum, & fœlicitatis gratiâ, sed tale est honor, 1. *Ethic.* Ergò.

32 *Dub.* Omnis virtuosus appetit operari secundum virtutem, at operari non potest sine objecto circa quod est illa virtus. Ergò debet illud objectum non contemnere, sed appetere: sed magnanimitas est circa honores magnos, ut circa proprium objectum, secundum Arist. hic. Ergò.

33 *Dub.* Elatus excedit in appetendo honores, pusillanimus deficit, sed magnanimus est propinquior elato, quàm pusillanimo: ergò plus ille appetit honores quàm deficit ab appetendo.

Resp. Omnia ista argumenta probant honorem acceptum
- *Per se* contemni non debere.
- Non in *ordine ad virtutem*, quàm si impediant, contemni & possunt & debent.

Resp. 2.

- *Respi* 2. Honor capitur dupliciter
  - *Materialiter*, pro re honorabili, nimirum aut
    - Statu aut conditione,
    - Officio:
    - Dignitate:
    - Dispositione:
    - Opere honorabili:

    } Et sic magis ipsum appetit quam magnanimus.
  - *Formaliter*, pro honore debito tali rei, quemadmodum est signum aut exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis, & sic appetitur ut bonum
    - Non honorati qui exaltari non appetit aut desiderat.
    - Sed quidem ut bonum aut
      - *Honorantis*, qui in hoc facit debitum suum.
      - *Audientium* aut videntium, ut per hoc animentur ad virtutem Dei, ut Deus inde honoretur aut glorificetur.

Objectum magnanimitatis est honor { Materialiter / Non formaliter } sumptus.

Magnanimus magis debet contemnere quam appetere honores, ut disputatum est,
1. Quia honor est fallax signum virtutis.
2. Quia magnanimus non æstimat parva, at honor illi est quid parvum.
3. Quia ipse à viris perfectis & justis rejicitur.
4. Quia ipse nunquam veretur contumeliam, & hæc intelligenda sunt de honore formaliter sumpto.

An magnanimitas aliquas passiones moderetur?

Magnanimitas dupliciter operatur, nimirum aut secundum operationem
- *Propriam*, ut est magnanimitas magnanimiter operans, & sic propriæ etiam passiones moderatur, spem & desperationem, nam per spem excessivam immediatè in elationem, & per desperationem in pusillanimitatem descenditur.
- *Communem*, ut operatur: ut fortitudo fortiter, & ut magnificentia magnificenter (i.) ut est magnitudo cujuslibet alterius virtutis, & sic passiones cæterarum virtutum moderatur.

Huc usque authoris ipsius autographon.

FINIS.